Statutum quod quelibet sententia arbitri mittatur executioni intelligitur de valida.

Instrumentū continens quod omnes de consilio vel capitulo cōsenserunt intelligitur de presentibus neque notarius redarguitur de falso.

5 Quis dicatur substitutus directus vel per fideicōmissum: ut possit capere propria autoritate.

Servitutem usufructus dicitur habere ille qui potest propria autoritate colere fundum et capere fructus.

1 **Inter omnes.** † Institutus sub conditione si ea pendente possessionem rerum hereditarū fuerit adeptus de iure vel de facto tenetur cavere de non diminuendo bona et de restituendo ea in defectu conditionis substituto vulgari que cautio tunc committitur defecta conditione substituti si adiverit ex substitutione et egerit petitiōe hereditatis et fuerit declaratus heres. †

2 Item debitor ex cōtractu vel quasi sub cōditione vel in diem cogitur etiam cavere de soluendo adveniente die vel conditione: dūmodo hoc casu subsistat iusta causa. h. d. valde notabiliter cum. l. sequenti. maxime in primo dicto. quia forte non est alibi. sed secundum dictum probatur etiam in. l. in omnibus. ff. de iudi. et. l. si creditores. de privileg. creditorum. Et est notandum quod in primo casu non requiritur aliqua alia causa legitima sed in secundo sic: ut colligitur ex verbo ex causa. et tunc est legitima quādo est suspicio de fuga vel de paupertate: et quando talis causa supervenit post obligationem contractam vel creditor haberet sibi imputare: ut dixi. s. e. l. si arbiter. §. i. et ita doct. intelligunt illas. ll. in bonefidei. et. l. si creditores.

3 † In text. ibi substitutum supple vulgarem: ut glos. intelligit: et ideo redditur ista. l. notabilis. nam si esset substitutus per fideicommissum clarum esset quod posset petere hanc cautionem cum fideiussoribus per ti. ut lega. nomine ca. quia heres est gravatus vel obligatus saltem sub conditione ad restituendū sibi hereditatem sed nō sic est obligatus substituto vulgari. quia non est gravatus sibi aliquid restituere cū ille non habeat percipere de manu heredis: sed de manu sua: quia potest adire hereditatem et propria autoritate capere bona si nō sunt per aliū occupata. l. cum herede de acquiren. poss. et quod not. Innocē. in. c. presentia. de proba. Et ideo si non haberemus istam. l. nō video ex quo capite possemus dicere istum heredem compelli ad cavendum: sed inducitur hic per istam. l. in hoc casu ad similitudinem illius cautionis prestatur per illud edictū: et ideo puto quod debet esse cum fideiussoribus sicut illa. Sed an eodem modo debebit cavere venientibus ab intestato si non erat datus substitutus vulgaris cum ad eos sunt bona deventura deficiente conditione puto quod sic cum sit eadem ratio circa hoc vide quod not. in spec. de test. §. pe. ver. quid si quis est sub conditione institutus. et ubi facit mentionē de ista. l. †

4 Et no. hic glo. cum tex. quod universalis oratio vel dictio restringitur interdum ad evitandum absurditatem: unde inducitur si statutum dicat quod quelibet sententia arbitri mittatur executioni intelligitur de valida.[a] et si in instrumento continetur quod omnes de consilio vel de capitulo consenserunt intelligatur de illis qui fuerunt presentes[b] et sic notarius nō potest redargui de falso. si dicatur quod multi de consilio qui fuerunt absentes etiā cōsenserunt ideo non debuit sic generaliter loqui: quia potest se excusare quod non intellexit de absentibus: sed de presentibus vide quod no. Bart. post Iaco. de are. in. l. i. §. i. de no. ope. nunci. et bonam glos. que est in. l. omnes. C. sine censu vel reli.

5 In glos. que incipit. s. nō diminuenda ibi cum directo sit ei substitutus. dic ista glo. semper allegatur ad cognoscendum quis dicatur substitutus directus vel fideicōmissarius vel que sit differentia inter eos. nam videtur directe institutus qui non habet capere de manu aliena: sed propria autoritate capere adeundo: ut. s. dixi. sed per fideicōmissum censetur capere de manu aliena. facit. l. fundi trebatiani de usufruc. lega. cum no. nam ille dicitur habere servitutē usufructus qui potest propria autoritate colere fundum et capere fructus. si autem potest recipere manu aliena non dicitur habere servitutem usufructus: sed potius psonale. ut ibi no. in. l. si ita. ff. de usufructu. et no. in. l. caius. de annu. leg. Et idō multi errant petendo se immitti in tenutam bonorū tanquam heredes asserentes se adivisse hereditatem cū tamen non sint heredes instituti vel directe substituti sed per fideicommissum et vidi multos procuratores in hoc errare ignorantes importantiam verborum et credentes tales substitutos esse heredes adveniente conditione substitutionis: et faciunt eos adire hereditatem et postea petunt se immitti in tenutam. et alias florentini dicebant totum processum esse nullum: quia super inepta petitione fundata quia dicunt ei petere sibi hereditatem restitui. et hoc facto petunt tenutam bonorū et prius non habent aliquid in illius bonis licet habeant actionem ex testō ad restitutionē fiendam. In fi. glo. ibi vel dic quod non etc. hec vera secundum docto. quia ista non est restitutio iuris sed potius facti. nam prima fit solo verbo et per eam trāsferuntur iura sed ista requirit factum per restitutionem rerum corporalium.

[a] De valida. Adde hic quod posui in. l. iiij. §. cōdēnatum. ff. de re iud. et Pe. de ancha. cōsi. ccxc.

[b] Presentes. facit quod voluit Fede. cōs. cclxxxviij. ubi cōsuluit quod si notarius facit istrumentū quod cōmunicato cōs. invenerit. A. B. et C. quod faciūt duas partes potest se excusare quod nō intellexit de absentibus.

2 Comparens ad allegandum causas absentie in causa criminali an teneatur satisdare et quid in civili.

3 Dominus potest in instrumento mandati relevare procuratorem ab onere satisdandi de iudicato soluendo.

Quid si dominus non possidet immobilia saltem in loco iudicij. vel in eius territorio.

4 Tutor in causa pupilli non satisdat de iudicato soluendo. sed de iudicio sisti sic. et quid si per alium litigat.

5 Quid in patre in causa filij.

1 **Filiusfamilias.** † Ad defendēdum absentem non dicitur quis idoneus etiam si sit filius vel pater illius nisi satisdet de iudicato soluendo. hoc dicit. Concordat l. in eo. §. nemo. de regulis iuris. et. ff. de procur. l. qui alium. et. l. minor in fi.

2 † In text. ibi defendi subaudi plena defensione. sed si compareat ad allegandum causas absentie non tenetur satisdare. gloss. est sing. in dicta lege in eo. §. nemo. de regulis iuris. que non est alibi. sed illa gloss. loquitur in causa criminali et in satisdatione iudicatum solui. sed in causa civili si aliquis comparet ad allegandum causam absentie ne procedatur contra illum tanquam contra contumacem videtur quod saltem de iudicio sisti non dico in tota lite sed saltem semel teneatur cavere si aliter non sit idoneus defensor per. l. i. §. si quis in ius voc. non ierit. et per titulum sequentem in ius vocati ut eant etc. ut ibi dixi secundum Baldum. †

3 Item intellige hanc. l. etiam si venit ad defendendum cum mandato: ut teneatur satisdare de iudicato soluendo. ut in l. si ad defendendum. ff. iud. solui. et in. l. i. C. de satisdando. tunc tamen dominus potest ipsum relevare ab hoc onere satisdandi si in instrumento mandati promittat pro eo iudicatum solui. ut insti. de satisda. et est communis stylus et cōsuetudo iudiciorum: ut ibi habetur. debet tamen

bet tamen tunc possidere immobilia ad hoc vt teneat ista releuatio. alias sicut si defensor daret alios fideiussores non possidentes immobilia non dicuntur sufficientes. vt not. gloss. fin. in aut. de exhiben. reis. §. sustento. ita nec iste dominus qui loco fideiussoris est ergo dicitur sufficienter ipsum releuare[a] secundum Ange. hic et propter hoc dat tibi cautelam. si procurator alicuius absentis in longinquis partibus agit contra te et tu petis quod caueatur tibi de iudicatis soluendis in causa reconuentionis. in qua tenetur illum defendere: alias non admittitur ad agendum: vt. j. de procurato. l. seruum. §. ait pretor. et ipse producat instrumentum mandati in quo dominus releuat ipsum ab ista satisdatione opponatur sibi quod dominus non possidet immobilia vel si ea possidet non tamen in loco iudicij vel in eius territorio quod requiritur: vt. j. l. proxima. secundo responso. et no. de principi. agentium in rebus. l. finali. Et isto modo poteris euadere et dictum procuratorem repellere. quod perpetuo tene menti.

4 ¶ † In gloss. fina. ibi et tutor non satisdet. s. de iudi. sol. sed de iudicio sisti tunc tenetur satisdare in causa pupilli nec pupillus nec ipse possidet immobilia: vt colligitur in l. proxima. §. tutores. Item intellige gloss. quando tutor per se agitat causam si per alium secus. vt insti. de satis. vbi dicit tutorem et curatorem teneri prestare illam satisdationem et ita glos. ibi intelligit. et eo tempore non tenetur satisdare in precedenti casu quia illam satisdationem iudicatum solui non prestat suo nomine conuentus: vt insti. de satisda. §. sed hodie. sed causa pupilli videtur proprie tutoris cum sit legitimus administrator quasi dominus. vt in. l. si fideicom. §. si fundum. j. pro empt.

5 ¶ † In gloss. ibi responde. collige ex istis solutionibus nam aut loquitur de iure isto. et tunc pater non erat legitimus administrator filij ideo tenebatur indistincte satisdare vt hic: aut loquitur de iure codici. quo fuit prius hoc introductum: vt esset administrator legitimus. et tunc aut erat casus in quo nec erat nec esse poterat quia non habebat vsumfructum. vt si erat filius emancipatus vel erat causa castrensis peculij vel quasi vel alio modo non habebat vsumfructum: vt in aut. excipitur. C. de bo. que lib. et tunc idem aut erat legitimus administrator et tunc aut defendebat filium non tanquam legitimus administrator. et tunc idem. et omnibus his casibus potuit procedere hec. l. aut tanquam legitimus administrator: et tunc non satisdat sicut nec tutor. vt in. d. §. defensionem.

2 ¶ Mulier constante matrimonio non est vere domina rei dotalis sed maritus. tamen dicitur ficte domina et propter fictum dominium et possessionem talis rei dotalis releuatur ab onere satisdandi. vt hic.

3 Idoneus facultatibus releuatur ab onere satisdandi. etiam in satisdatione pretoria vel de iudi. soluendo. et quid si petat reuocari tenutam alteri concessam propter contumaciam.

4 Habens bona emphyteotica vel liuellaria dicitur habere in bonis.

5 Lex noua generaliter vel simpliciter loquens recipit limitationem et distinctionem per leges veteres specialiter et cum distinctione loquentes.

Quid si in reformationibus statutorum dicatur non obstante aliquo statuto generaliter vel specialiter loquente.

6 Releuatus ab onere satisdandi ex eo quod possidet immobilia vt hic vel ex priuilegio vel quia non reperit fideiussores tenetur cauere cum hypotheca bonorum et an etiam cum iuramento.

7 Possidens vnam rem immobilem qua conuenitur a me non releuatur ab onere satisdandi. secus si etiam per alium mota fuerit controuersia de pecunia quantum ad illum.

8 Quod in meum preiudicium non possit iste petens quantitatem facere fieri executionem super ea re.

Ratio quare possessio rei immobilis vel multorum bonorum mobilium releuet ab onere satisdandi.

Idoneus fideiussor censetur coniuncta persona licet non possideat immobilia.

1 Sciendum. ¶ † Possessor immobilium releuatur ab onere satisdandi de iudicio sisti siue possideat in ciuitate siue in rure dummodo possideat ratione dominij directi vel vtilis veri vel ficti etiam iure proprietatis: secus si ratione alterius iuris realis vel personalis quod habeat in re etiam immobili. hoc dicit vsque ad. §. tutores. et illud quod dixi quicquid colligitur ex. §. si fundus.

2 † quia mulier constante matrimonio non est vera domina rei dotalis. sed maritus: vt in. l. doce ancil. C. de rei vendi. tamen dicitur ficte domina. vt. l. in rebus. C. de iure do. et releuatur ab onere satisdandi propter hoc fictum dominium et possessionem.

3 ¶ † In tex. ibi non compellit. dic hoc verum nisi reuocaret tenutam alteri concessam in ipsa contumacia. tunc enim non releuatur ab onere satisdandi propter possessionem immobilium. vt not. gloss. aut. de exhibendis. §. si vero. vel in. §. siue ergo. et tangit Barto. in. l. cautum. §. si. ex quibus cau. in poss. eatur. facit. l. diem. §. tutor. et §. plane. si misso. s. eodem. et hoc in odium contumacie. Item hic loquitur de satisdatione de iudicio sisti. idem videtur in alia satisdatione pretoria et necessaria: quia idoneus facultatibus releuatur ab onere dandi fideiussores. vt. l. de creationibus. C. de epi. audi. et. l. quicunque. de fund. patrimo. lib. xj. et dixi. s. e. l. j. similiter in satisdatione de iudicato soluendo: vt hic in prin. glosse. magne. ¶ In tex. ibi in rure. dic et sic in territorio illius loci vbi conuenitur vnde iudex potest in illis executionem facere secus si in loco remoto vt not. glos. C. de princi. agen. in reb. l. fi. quod no. pro cautela[a] quam ponit Ange. in. l. precedenti.

4 ¶ † In tex. ibi emphyteoticum dic no. quod ille qui habet bona emphyteotica vel liuellaria dicitur habere in bonis de quo fuit hodie dubitatum cum testes dixissent talem non habere in bonis: et repertum fuit quod

5 habeat rem liuellariam an videretur testificari falsum. ¶ † In gloss. mag. ibi sed illa determinatur per istam no. quia ista glo. semper allegatur quod lex noua generaliter seu simpliciter loquens recipit limitationem et distinctionem per leges veteres[b] specialiter et cum distinctione loquentes. quod dic vt dixi. s. de legibus. in. l. non est nouum. cum. ll. sequentibus quod est vtile pro reformationibus nouiter factis et indistincte sequentibus: vt non censeatur per eas correcta vel per statuta que loquuntur cum distinctionibus sed debeat distingui secundum illa quod est verum si in tali reformatione dicatur non obstantibus[c] quibuscunque alijs statutis: quia debet intelligi de illis qui non possent cum istis se compati cum distinctione aliqua: et sic sunt contraria. gloss. est singu. in aut. de here. ab intesta. in prin. nisi addatur non obstante aliquo statuto generaliter vel specialiter loquente. vt not. Bar. in extrauag. ad reprimendum. super verbo non obstantibus.

6 ¶ † In glo. ibi. C. de dignita. l. loquens. dic. docto. reprehendunt istam glo. quia in illis legibus releuantur ille persone ab onere satisdandi ex quodam priuilegio illis indulto: et ideo in alio grauantur et tenentur cauere nuda cautione et cum iuramento et hypotheca bonorum vt etiam patet in. l. omnes. §. in hac. C. de epi. et cleri. sed hic possessor releuatur de iure communi non ex priuilegio: ergo non oportet in alio grauari. et ita seruat consuetudo secundum omnes. Breuiter quicquid sit de consuetudine de iure tamen etiam iste possessor tenetur cauere nuda cautione per publicum instrumentum. tex. est cum glo. j. e. l. §. fi. in ver. cautionem. et illum tex. no. Bal. ad hoc. et etiam videtur quod debeat obligare bona sua per. l. filio. vt lega. nomine caue. Nam etiam ille qui releuatur propter impotentiam et difficultatem reperiendi fideiussores videtur releuari de iure communi: quia de iure naturali est quod quis non arctetur ad impossibile: vt. l. si decesserit. s. eo. et tamen tenetur cauere cum hypotheca bonorum vt ibi. et etiam cum promissione pene: vt no. glo. in. l. vbi. §. quis. si cui plusquam per. l. fal. esse dicatur.

7 ¶ † In glos. ibi intelligendo ergo hanc. l. dic secundum Bulga. de quo. s. Sed aduerte quia glo. in. l. iulianus. in fi. magne gloss. recitat istam opi. Bulga. per alium modum. Pe. tenet contrarium. videlicet quod si possidet vnam rem immobilem de qua te ago et ego ago ad illam quod possessio illius non releuat te ab onere satisdandi in hac lite quam habebas mecum pro illa re: licet si alius mouerit etiam tibi controuersiam de pecunia possessio illius rei licet sit in controuersia bene releuaret te quantum ad illum. et ita intelligitur. §. si fundum. j. e. l. et istam opi. approbat ibi Pe. per. l. de die. §. quidam aiunt. s. e. sed hic recitat per modum contrarium quod imo releuat te quantum ad modum: quia sum securus quod si obtinebo sententiam super illa re potero executionem habere non sic releuat te quantum ad alium. glo. reprobat hanc opi. et hoc vltimo quod imo releuat te etiam quantum ad alium dummodo sit tante estimationis quantum est lis que per alium mouetur et ita restringit hanc legem. quantum vero ad primum quod releuat te quatenus a me fuerunt reperta aliqua verba que reperiuntur in corpore scripta vt dicunt: sed ista ratio non valet. Et volunt dicere quod ista opi. non est vera: quia si intelligimus hanc. l. modo quo intelligit Bal. non esset dare rationem quare si possideres tanquam fructuarius vel tanquam creditor non deberes releuari: quia etiam tunc sum securus quod si obtinebo sententias habebo etiam executionem et tamen hic dicitur contrarium: ergo non potest intelligi modo predicto. et quod non releuaris quantum ad me probatur in. d. §. quida aiunt. licet glo. videatur tenere contrarium quod etiam quantum ad me non releuaris ibi. et in. d. l. iulianus. tu dic vt. s. dixi secundum Pe.

8 ¶ † In glo. ibi cum enim succedat loco. no. rationem quare possessio rei immobilis releuet ab onere satisdandi si equiualet estimationi litis: quia actor est securus cum in illa possit fieri executio: et ita sentit ista glo. Pet. dicit quod ista ratio non est bona: quia si ago contra mulierem ad quantitatem et obtineo non potest fieri executio in re dotali constante matrimonio: vt in. l. quinque legibus. cum ibi no. de bonis damnatorum per locum a speciali et tamen releuat eam ab onere satisdandi: vt in. §. si fundus. similiter si possideret rem de qua alius faciebat tibi controuersiam non potest fie-

a ¶ Releuare. ad de an dominus teneatur releuare procuratorem. vide per Joan. de ana. consil. lxxxij. Fran. de are. consil. cxxxv. Ro. consil. lxij.

b ¶ Veteres. late per Lud. Ro. consi. ccclv. et ibi vide quod voluit.

c ¶ Non obstantibus. vide ro. consi. xl. et consi. cccxxij. et cccxc. Alex. consi. lxxx. j. lib.

ri executio in illa re in preiudicium illius et cum releuat te ab onere satisdandi etiam ꝗtum ad reum qui petit a te quantitatem: vt. j. i. §. si fundum. dicit ergo rationem esse: q2 cessat suspicio fuge quando possidet rem magni pretij vel valoris secus si paruiᵃ respectu estimationis litis. Et ex hoc infert idem esse si possidet multa mobilia ꝑ q̃ verisimile est ꝙ non sit recessus qđ etiam not. glo. s̃. eo. si fideiussor. §. fi. ⁊ hoc etiam sequitur Bart. ⁊ ideo quando dat coniunctas personas in fideiussorem: quia cessat suspicio fuge ne dimittat illum illaqueatum reputatur idoneus fideiussor. vt. s̃. eo. l. ij. §. quod ait.

Tutores. †Hic videtur casus ꝙ tutor non releuatur ab onere satisdandi de iudicio sisti si ipse non possidet immobilia in casu ipsius pupilli licet sit legitimus administrator: secus in satisdatione de iudicato soluendo: vt no. in. l. proxi. per. l. fi. §. defensiones. C. de admini. tuto.

☞ Is contra quem lata est sententia super aliqua re. licet deserta sit appellatio non priuatur tamen possessione illius rei quousqꝫ facta sit executio. si res est corporalis.

Si fundum. †Possessio rei que est in cōtrouersia reseruat possessorē ab onere satisdandi ꝗtum ad alium qui de illa re controuersiam non facit. h. nō ꝗtum ad illum qui facit vt dixi in principio legis per l. de die. §. quidam autem. s̃. e. licet glo. teneat contrariū. ¶ In text. ibi an possessor. i. reputari debeam respectu tertij agentis contra eum non ad illam rem sed ad pecuniam ⁊ videbatur ꝙ non postꝗ illa res poterat per te euinci a me et iam erat mota lis ⁊ lata sententia: licet ab illa appellauerim. tamen contrarium est: quia propter possessionem illius rei quam ego defendi cessat suspitio fuge. ſm intellectum Pe. licet ille qui agit ad pecuniam non sit bene cautus: quia executio sententie non poterit fieri in ista re in preiudicium tui. ¶ In glos. est ratio in fi. ibi diuersa causa dic gloss. inducit illum. ver. hoc modo: quia si habes actionem personalem contra me ad fundum non eris posterior. vt ibi habet: ergo ego dicor posterior anteꝗ sibi tradam. eodem modo si obtinuisti cōtra me sententiam ad illum fundum et transiuit in rem iudicatam anteꝗ sit facta executio non diceris tu posterior: sed ego. ⁊ adhuc releuabit me ab onere satisdandi quo ad tertium. Barto. tenet contrarium postꝗ per viam executiuam ⁊ sine ordine iudiciario possessio potest mihi auferri: sed non sic in illo ver. diuersa causa: vnde non videtur haberi pro possessore secundū eum: rem tamē vere possideo ⁊ hoc vult ista glo. quam† dicit Bald. non esse alibi ⁊ esse notandā. ꝙ licet obtinuerim sententiā suꝑ re ecclesiastica ⁊ deserta sit appallatio non priuor tamē possessione rei quousqꝫ facta sit executio secus si super iure incorporali in quo nō requiritur alia executio vnde si sum in quasi possessione iurisditionis vel alterius iuris corporalis vel etiā in seruitute ⁊ tu obtines sententiā ꝯtra me qua trāsiuit in rem iudicatā statim sum priuatus illa. vt no. per Inno. in. c. ex literis. de resti. spo. quod tene menti perpetuo. ſm Bald.

☞ Excusatio semel prestita propter aliquam causam non irritatur. licet postea deficiat.

Mater negligens infra annū a morte testatoris petere tutorē vel assumere tutelam si erat minor. ⁊ durauit minor per totum annum et sic fuit excusata ꝙ executio sit perpetua. licet postea efficiatur maior.

Res quando peruenit ad casum a quo non potuit incipere ante vltimam perfectionem. si ille casus tēdit ad idem cum illa re non irritatur.

¶ Mulier si facit sibi consignari dotem quia vir vergebat ad inopiam. licet postea vir sit factus diues et sic cessat causa non propterea finitur consignatio.

Possessor autem quis. †Tempus cautionis ꝓstande siue prestite inspicitur an quis possidebat immobilia tēpus sequens vel p̃cedēs. h. d. notabiliter. ¶ †Not. ꝙ excusatio semel prestita propter aliquam causam non irritatur licet illa causa postea deficiat. ⁊ per hoc videtur ꝙ si mater infra annū a morte testatoris infra quem debebat petere tutorem vel assumere tutelam legitime ⁊ erat minor et durauit minor per totū annū. ⁊ sic fuit excusata de iure ab illo onere. vt. l. fi. C. si aduer. deli. licet postea efficiatur maior non reincidit in illud onus: q2 excusatio debet esse perpetua: vt no. in. l. j. C. in quibus cau. resti. in integ. non est neces. ⁊ in. l. maioribus. C. de his quibus. vt indig. secus si esset effecta maior in illum annum cum restaret tantum de tempore ꝙ posset commode tutorem petere vel tutelam assumere. eodem modo intelligo hic ꝙ iste qui fuit excusatus propter possessionem durauit in possessione vsqꝫ ad contestationem litis. ⁊ postea desijt possidere certe nō reincidit in onus satisdandi quia satisdatio erat prestanda ante litem contesta. et ipse toto illo tempore erat excusatus. et si desijsset possidere ante lit. contest. dico ꝙ compelleretur satisdare: quia excusatio non erat perfecta. et ita intellige istum text. licet gloss. ⁊ docto. non declarent nec dicant hoc. ¶ †Vltimo not. quando res peruenit ad casum a quo non potuit incipere ante vltimā perfectionem si ille casus tendit ad idem cum illa re non irritatur: quia si prestitisti satisdationem quia nō possidebas ⁊ postea incepisti possidere lite pendente non irritatur satisdatio: q2 superuenientia possessionis tendit ad securitatem meam sicut ⁊ ipsa satisdatio. secus si ad contrarium effectum quod dic: vt not. in. l. si pluribus. §. ⁊ si placet. j. de verb. obliga. †Et per hoc determinatur si mulier facit sibi consignari dotem quia vir vergebat ad inopiā licet postea vir sit factus diues ⁊ sic cessat causa. non propterea finitur consignatio: quia nuptie tendūt ad eundem effectum cum consignatione. scilicet securitate mulieris. ⁊ ita tenet Bart. in. l. si constante. solu. matri. et iste tex. melius facit ꝗ alius. ſm Bal.

☞ In omni iuramento. intelligitur excepta autoritas legis vel superioris. et si est prestitum super contractu reprobato. an firmet contractum. si possit seruari sine peccato. et numero. 4.

Debitor si iurauit nullam exceptionem obijcere et postea superior cōcessit sibi dilationem temporalem an poterit eam exceptionem obijcere.

Iurans seruare laudum ⁊ non reducere ad arbitrium boni viri intelligitur si laudum erit equum. et alia iusta causa non superueniat.

¶ Periurium non est sine dolo. nec requiritur absolutio episcopi. quando iuramentum nō seruatur ex causis hic positis.

Qui iuramento. †Non dicitur periurus qui iuramētum non seruat ex causa a iure permissa. hoc dicit. Pone exemplum hic per. l. ij. s̃. si quis in ius vocatus non ierit. si fuit iussus sistere die feriata. Item per. l. ij. §. si quis cautio. si iusto impedimento detentus non potuit sistere generaliter vbicunqꝫ si non iurasset non incideret in penam pecuniariam si non seruaret promissam propter iustam causam. ibi si iurauit non incidit in penam periurij: vt hic quia hoc facit lege permittente. †et in omni iuramento presumitur excepta autoritas legis. ad hoc allegatur ista. l. et etiam autoritas superioris cui tenebatur obedire: vt. l. fina. j. ad municip. Et hoc inducitur ad. q. de scholari qui iurauit non exire Bononie districtum sine licentia creditoris: si postea iussus a patre vel episcopo suo vel alio superiore vt redeat domum recessit sine licētia: vtrum sit periurus. et est argu. ꝙ non: quam questionem disputauit Fede. de senis. vt habetur in opere suo consiliorum clxxxvi. †Item inducitur per Cyn. C. si contra ius vel vti. publi. l. fina. in. iiij. q. si debitor iurauit nullam exceptionem obijcere: et postea superior concessit sibi dilationem quinquennalem ꝙ possit istam exceptionem obijcere non obstante iuramēto in quo intelligitur excepta superiorisᵇ autoritas. dic vt ibi. Similiter inducitur ad. q. de illo qui promisit seruare laudum et non reducere ad arbitrium boni viri. nam hec promissio habet in se conditionem tacitam. scilicet si laudumᶜ erit equū: vt. l. si libertis. de ope. liber. et eodē modo intelligitur inesse iuramento: ideo si petit reduci et obtinuit ex eo quia sit iniquum non erit periurus: vt est casus in. c. quintauallis. de iureiurā. secus si succumberet per ea que habentur in text. et per docto. in. l. qui rome. §. duo fratres. de verbo. obliga. et per Barto. tāgitur in. l. iulianus. de condi. indebi. intellige tamen quando causa iusta superuenit post iuramentum. vnde de illa non censetur cogitasse nec illi renuntiasse. vnde iuramentum ad incognita non extenditur etiam de iure canonico. Si vero suberat a principio: tunc aut excludebat voluntatem: vt si fuit inductus dolo ad iurandum. et idem quia deceptus non consentit et vltra intentionem iuramentum non ligat: vt probatur in. c. ij. de pact. lib. vj. aut non excludit voluntatem: ⁊ tunc tres sunt casus. nam aut non potest seruari sine peccato ipsius iurantis. et idem quia mero iure nō ligat de iure canonico iuxta ea que habentur in. c. cum contingat. de iureiuran. aut potest seruari sine peccato iurantis sed non sine peccato illius cui est iuratū: et tunc ligat mero iure sed potest peti relaxatio a iudice ecclesiastico: vt in iuramento de soluendo vsuras: vt in. c. debitorem. de iureiuran. et in iuramento extorto per metum: vt in. ca. ad aures. quod met. cau. et quod not. Innocen. in. c. venerabilem. in fin. de elect. et vbicunqꝫ contractus est improbatus in odio creditoris. l. tametsi ad meta. ⁊ not. Barto. singulariter in l. si quis pro eo. de fideius. ver. iiij. quero. †Aut potest seruari sine peccato iurantis et eius cui iuratum est tamen est prestitū super contractu reprobato vt si statutum dicat non valere contractum minoris vel mulieris sine certa solennitate ⁊ tunc aut statutum

a ¶ Parui. facit: q2 đ minimis nō curat p̃tor. l. scio de in integ. resti. ⁊ facit stāte statuto ꝙ forēsis non possit acquirere immobilia poterit acquirere rē paruaꝫ ſm Ro. sin. suis. fol. xi. et qđ voluit Fede. cōsi. ccxxx. ꝙ prelatus q iurauit nō alienare pōt alienare res modici valoris ⁊ qđ voluit Ro. sing. suis ꝙ pro modico dbito quis nō potest iurari suspectus. dicit tamē ꝙ florētie seruatur cōtrariū. ⁊ alia vide q̃ posuit Alexan. cōsi. c. ꝙ stāte statuto ꝙ falsificās monetā igni cōburatꝫ nō habet locū in fabricante bagatinos et denarios ꝑuos.

b ¶ Suꝑioris. q̃liter ītelligatur hoc verbū. vide old. consi. xciij. vltra medium ⁊ q2 do. Iasō h multa ēt ipe cumulauit. adde ꝙ iurās nō recipere arbitrum in puniēdis criminibus nō est periurus etiā si motu ꝓprio recipiat. ſm Ludo. consi. cccclxv. quod iurās ꝙ semꝑ stetit in ciuitate nō est ꝑiurus: lꝫ aliquo tpe propter pestē foris steterit ſm eundē ro. cōsil. cclxij. et an iurās nō alienare bona ecclesie possit sine labe ꝑiurij alienare vel locare vł fructus ad longum tēpus vēdere. vide ꝑ cald. ꝯsi. xi. de iureiur. lapū alle. xxxi. qs possit circa iuramēta dispēsare. Vide ꝑ do. Iaco. et ei adde Ro. consil. xij.

c ¶ Laudū. Adde. d. car. consil. xciij. cal. ꝯsi. ij. de arbi. ⁊ consi. iiij. de iureiu. fulgo. consi. cclx.

statutum de iuramento mentionem non facit. et intelligit quã do contrahit sine iuramento: sed quando cum iuramento licitum est contrahere sine illa solẽnitate: prout not. glo. in simi. in aut. sacramenta puberum. in vlti. glo. si autem diceret expresse ꝙ non valet etiam si fuerit iuramento vallatum: tunc Bal. hic. et in aut. sacramenta. videtur tenere ꝙ iuramentum nõ valeat: quia statutũ fouet iustam causam. sed hoc nõ placet: quia hoc non sufficit cũ deficiat potestas statuentiũ quia iuramentũ nõ est hodie de foro seculari sed canonico: vt in. c. si. de excep. lib. vi. per indirectum tamen possent laici irritari statuendo ꝙ cõtractus sine illa solẽnitate presumatur dolo factus vel simulatus. nam tũc etiam iure canonico iuramentũ prestitum sup contractu simulato vel inito per dolum nõ ligat. d. c. ij. de pac. lib. vi. et not. glo. in. l. emptione. C. plus va. qđ agitur. in hoc tãgit Bart. in. l. omnes populi. in questione illa super qbus possint fieri statuta. ¶ Ultimo glos. hic tenet ꝙ mero iure incidat hic in periurium sed debeat relaxari. et sic est necessaria obsolutio episcopi. et anteꝙ fiat tanꝙ periurus poterit repelli a testimonio.[a] et pro hac glo. facit. l. ij. §. si quis in iudicio si quis cau. vbi ꝙ mero iure incidit in penam pecuniariam. licet iuste fuerit impeditus sed habet exceptionẽ. Contrarium dic ẜm Bal. et Ange. ꝙ imo ipso iure non incidit in periurium quoniã nõ est periurium sine dolo sicut nec furtum vel falsum: vt. l. qui iurasse. ⁊. de iureiuran. et iste non est in dolo vel culpa. sed in pena pecuniaria potest incurri meo iure etiam sine dolo et culpa: vt patet in. l. ad diem. de verb. obli. licet succurratur per exceptionem vel per restitutionem in integ. Est etiam alia ratio subtilis: qꝛ licet pena pecuniaria cõmittatur non trahit secũ executionem: ideo non nocet ei qui nõ est in culpa: sed si incideret in periurium statim traheret secum executionẽ et ligaret animã: vt in. c. pastoralis. de appel. sicut dicunt canoniste de sententia excõmunicationis. et not. glo. ⁊. l. sed si a non compe. iudi. et. ⁊. de iniust. testa. l. si quis filio. §. irritum.

2 ☞ Dominus in casu huius legis tenetur etiam satisdare de sistendo seipsum si non possidet immobilia.

3 Singularis successor non sequitur forum sui autoris. secus in vniuersali.

¶ Si ex noxali causa agatur. Rubrica.

1 Si quis eũ de quo. †Cõuẽtus noxali actione tenetur satisdare de sistendo seruũ cuius nomine agit in iudicio in eadem causa qua est tempore satisdationis: et tũc videtur sisti in eadem causa quando ius actoris non est effectũ deterius in ipsa actione vel facultate agendi. secus si est effectum deterius in altero istorũ facto ipsius promissoris nisi factum sit necessarium. hoc dicit tota lex cum principio. l. seq. Et primo declarat qualiter intelligat cautio prestita de sistendo seruum: quia intelligitur scilicet i eadem causa in qua erat tempore cautionis prestite vsꝙ ibi in eadem. Secũdo qualiter dicitur sisti in eadem causa vsꝙ ibi: et si. Tertio qualiter dicitur sisti non in eadem causa vt si committatur stipulatio: quia quando actio erat iam perempta culpa rei tradẽtis sistere vel seruus desierat esse in sua potestate facto ipsius volũtario vsꝙ ibi: sed noxe. Quarto dicit secus quando facto eius necessario: quia dederat ipsum alteri similiter pro noxa nam posito ꝙ ex hoc ius actoris sit effectum deterius: quia necesse habet agere cum nouo possessore: tamen quia ius eius non est extinctũ nõ nocet promissori ꝙ nõ sistat in casibus tamen ne committatur stipulatio contra eum: quia non est quid sibi imputetur cum fecerit ex necessitate quod etiam est de mente glo. fi. †Et no. quia

2 etiam tenetur dominus satisdare de sistendo seipsum si nõ possidet immobilia: vt not. glos. ⁊. eo. si cum vno. Item scias ꝙ ista satisdatio de sistendo seruum in eadẽ causa ideo fit: quia si dominus desineret ipsum habere in sua potestate ante ceptum iudicium noxale. i. ante litem contestatam desineret teneri noxali. quia ista actio est in rem scripta et daretur cõtra nouum possessorem. vt. ⁊. de noxa. l. si noxalis. in prima charta. si ergo dedi libellum contra te tempore quo est in tua potestate et tu recusas respondere libello. quia es incertus de facto et vis primo loqui cum seruo qui est absens non cogeris statim respondere. vt. ot. gloss. ⁊. eo. l. ij. §. si absens. sed dabitur tibi terminus. arg. ⁊. de iureiuran. l. iusiurandum. et ad pecunias. §. i. quia igitur. posset iterum alienare et sic euitare iudicium compelleris hoc casu satisdare de sistendo seruum in eadem causa. i. non alienatum nec manumissum quousꝙ respõdeas libello. nam post responsionem non expedit prouidere super hoc quia alienando postea non potest euitare iudicium iam incohoatum. et ideo text. dicit hic donec iudicium accipiatur et expositio glos. dum dicit. sententia detur non placet: quia hoc non sonant litere: licet docto. videantur sequi qui non declarant mentem huius litere et quando sic teneatur: cauere de hoc in gloss.

3 ¶ †Ultimo not. in versi. atꝙ ẜm Bald. ꝙ singularis successor non sequitur forum sui actoris secus in vniuersali: vt. ⁊. de iud. l. heres absens.

2 Practica in actione noxali.

3 In actione noxali interponitur scđm decretum contra absentem etiam non latitantem. Idem in causa dãni infecti et quando prius exponatur res venalis anteꝙ fiat missio ex secundo decreto.

4 Confessio serui probat si sunt alia indicia facientia semiplenã probationẽ vel interueniente tortura si nõ sunt indicia et quãdo procedat. et nu. 5.

5 Indicia per que peruenitur ad torturã non requiritur ꝙ sint talia que faciunt semiplenam probationem.

6 Non creditur vulnerato etiam in articulo mortis constituto: si dicat talem ipsum vulnerasse.

7 Statutum ꝙ pater teneatur soluere penam pro maleficio filij an confessio filij probat maleficium vt contra patrem possit perueniri.

8 Quandocumꝙ confessioni vnius statur in preiudicium alterius ex forma legis vel statuti. tamen ille alter potest cõtrariũ probare.

9 Statutum ꝙ de maleficio reperto per familiam potestatis stetur relationi familie. vel ꝙ denuntiationi facte per syndicum communitatis stetur. et relationi illius debet intelligi nisi contrarium probetur vel videbitur.

1 Sed alio iure. Si absens sit seruus. †Conuentus noxali si habet seruum in sua potestate et hoc fatetur: tenetur alterũ de tribus facere vel suscipere iudicium. i. respondere libello et seruum defendere si credit illum non dedisse noxam vel si dubitat satisdare de sistendo ipsum in iudicio: vt interroget et interim non cogetur libello respondere vel si certus est ꝙ noxam cõmisit et non vult eam emendare tradat ipsum pro noxa permittendo actori ꝙ ipsum capiat vbicũꝙ reperiat et caueat de tradendo ipsum actori quandocũꝙ ad eius manus perueniat.[a] et tunc non cogitur superuacaneam litem suscipere: sed si habet in sua potestate et falso negat se habere cõuictus de mẽdacio tenetur suscipere iudicium absꝙ noxe deditione. qꝛ non liberabitur volens dare ipsum pro noxa. Idem si dolo desijt possidere et si nullus defendat seruum et seruus p̃sens sit: actor mittitur in possessionem ipsius serui ex primo et ex secundo decreto et efficitur eius. sed domino absenti et postea reuerso succurritur per restitutio. in integ. si paratus est ipsum defendere vt ipsum recuperet. et tunc actio quam actor habebat et que per consecutionem serui fuit amissa reintegratur. hoc dicit vsꝙ in fi. et text. suppletus est in pluribus prout debet suppleri ẜm ꝙ

2 senserunt gloss. et doc. †Et ponit iste text. practicam in actione noxali: et continet duas partes principales. quia primo loquitur quando dominus erat presens et seruus absens vsꝙ ibi: sꝫ si seruus. Secundo econtra et quelibet pars continet tres casus principales. prima pars loquitur quando seruus erat in sua potestate et ipse hoc fatebatur vsꝙ ibi si vero. secundo erat: sed falso negabat vsꝙ ibi ideoꝙ. tertio quando non erat quia dolo suo desierat esse. Item in secunda parte prouidet actori vsꝙ ibi: sed causa cognita ⁊c. postea: sed domino reuerso ⁊c.

3 vsꝙ ibi. ergo ibi tertio iterum prouideat actori. ¶ †Not. circa finem ꝙ in actione noxali interponitur scđm decretum contra absentem et non latitantem. si enim latitasset reuersus non restitueretur in integr. ad ipsam rem cuius contrarium hic dicitur in ver. sed causa cognita. idem in causa damni infecti. l. si finita. §. si forte. de dam. infect. vbi interponitur contra absentem causa reipublice. et ratio est quia in istis iudicijs agitur nõ ex delicto vel facto ipsius absentis: sed propter delictum rei sue vel serui vel etiam defectum puta domus ruinose. et ideo sufficit ꝙ ipsa res deliquerit vel defectum committat vt super ea possit interponi non sic cum agitur ex facto ipsius absentis. nam tunc requiritur latitatio: vt. l. fulcinius. §. quid sit latitare. ⁊. quibus ex cau. in posses. eatur. Item per hoc quod agitur ex delicto vel defectu ipsius rei non autem domini locum habet in eis secundum decretum proprie loquendo: quia non exponitur res venalis: sed traditur insolutum agenti pro tota estimatione quam petit. sed in alijs quando agitur ex facto absentis non interponitur proprie secundũ decretum nec traditur insolutum pro tota quantitate: sed exponitur primo ve-

[a] ¶ Testimonio. Adde ꝙ voluit dñs cardi. cõsil. xxxv. et an periurus possit puniri pena iuris ciuilis per laicum et an laicus sit index competens in declarando periuriũ. vide Ro. sing. suis. fo. xij.

a ¶Soli.testi.vide tex.i.c.possessionem.de pba. an credatur epo de collatione bñficij p ipm facta. ⁊ iniquã do.Jason hoc dicit ꝙ testi vni non creditur quãtecũqꝫ autoritatꝫ sit dic ꝙ hoc indistincte nõ procedit: qꝛ pape ⁊ Imperatori creditur etiã de his q̃ viderunt ante papatũ et impatoriã dignitatem. ita dicit Ro.⁊ ꝙ cũ a papa eugenio fuisset interrogatus si valeret eius dictũ super quadã resignatione facta metu tpe pape martini quo tpe tũc eugeni⁹ cardinalis erat dicit ꝙ musauit et ꝙ deinde iuenit duas glos.Joã. in.c.j.de renun. ⁊ in.c.ad aplice. de re iud.que dicũt ꝙ soli pape et imperatori credit̃ de his q̃ viderũt añ adeptũ culmẽdignitatis.⁊ ꝙ tũc letus accessit ad sũmũ pontificẽ eugeniũ ⁊ h̃ dicit. fin.suis.fo.iij.

b ¶Probare.de his que dicit hoc etiã.d.Jac. Adde Lud.ro. consi.cij.

c ¶Ad scõm ad.de spe.i ti.de primo ⁊ secũdo decreto. in.§.nunc de effectu vltra medium.

d ¶Quid nouũ. facit ꝙ voluit Ro.fin.suis ꝙ si vendo domũ q̃ erat alteri obligata sub conditione. et pmitto manutenere in eadẽ forma ⁊ purificet̃ cõditio ꝙ nõ teneor ẽptori in aliquo.

nalis:vt in ti.de bo.auto.iudi.pos.⁊ si non reperit̃ emptor datur insolutum pro iusta estimatione. et missus ex secundo decreto statim efficitur dominus si ille cõtra quem est facta missio erat dominus: al's acquiritur vsucapiendi conditio vt hic in gloss.circa quod vide omnino quod no.glos.fi.in.c.cum contingat.de dolo ⁊ cõtu.⁊ Joan.and.in nouel.in.c.quoniam frequenter. in fine. Et propter ista Cyn.hic tractauit materiam primi ⁊ secundi decreti.⁊ hic finiuit dies suos nec vlterius reperitur de sua lectu.in.ff.ve. ¶In gloss.ibi: sed fugiat cauere debet ⁊c.sed sine ista esset ratio quare requiritur ꝙ sistat in eadem causa. nam si esset manumissus vel alienatus sistatur poterit interrogari et stabitur eius dicto vt sequitur in glos.ideo dic ꝙ alia est causa quam dixi.s.eo.l.j.licet etiaꝫ propter istam sit sistendus. ¶†In gloss.ibi et forte creditur confessioni serui non tamen soli:[a] sed si adsunt alia iudicia facientia semiplenã probationem.vt.j.de edil.edic.l.quero.in fi.vel si illa deficiunt interueniente tortura.que etiam hoc casu vim habet semiplene probationis:vt.l.cum probatio.j.de proba.⁊ si dicatur si nõ sunt indicia non potest ad torturam perueniri:vt.l.j.§.de questionibus.dic ꝙ bene deberent adesse indicia nõ tamen requiruntur talia que faciant semiplenam probationem. et hec voluit gloss.singularis in.d.l.cum probatio.que semper allegatur†ꝙ indicia per que peruenitur ad torturam nõ requiritur ꝙ sint talia que faciant semiplenam probationem.ista ergo cõfessio serui facit probationem semiplenam. vt patet ex predictis.⁊ est speciale hoc casu ꝙ seruus sit idoneus testis: sed cum agitur de facto suo et idem videtur in alia persona inhabili ad testificandum:puta propter vtilitatem vel quia infamis:vt cũ agitur de facto suo probando cõtra alium ꝙ sit idoneus testis ad faciendam probationem semiplenam non sic dicendũ quãdo repelleretur alia ratione propter quam non presumeretur dicere verum sed loqui ex affectione. si vero non interrogatur quis anteꝙ̃ testis tunc lꝫ ipse in suo testamento vel aliter extra iudicium confiteatur aliquid de facto suo quod tendit in preiudicium alterius non statur eius dicto etiam ꝙ̃tum ad semiplenam probationem.⁊ sic loquitur in.l.seia mancipia.j.ad velle. in princi.cũ his que ibi dixi.⁊.l.si quis in graui.§.j.ad sille.vbi tex.not.ꝙ†non creditur vulnerato etiã in articulo mortis constituto si dicat talem ipsum vulnerasse licet tunc non presumatur mentiri.⁊ hoc quotidie contingit de facto. et propter istam gloss.videtur decidi†ꝙ si statutum dicat ꝙ patet teneatur soluere penam pro maleficio filij:verum cõfessio filij expressa vel tacita probat maleficium:vt sic possit perueniri cõtra patrem que fuit questio disputata per Barto.⁊ eam ponit in.l.cum filius.j.de verbo.obliga.dic vt ibi. ¶†In glos.ibi aduersarius contrarium ⁊c.ista glos.reputatur in hoc singularis: ⁊ dicit̃ nõ esse alibi ꝙ quandocũqꝫ confessioni vnius statur in preiudiciũ alterius ex forma.l.vel statuti nihilominus ille alter potest cõtrarium probare[b] ⁊ illam confessionem reuocare vt posset suã reuocare factam per errorem.†Ideo si statutũ dicat ꝙ de maleficio reperto per familiam potestatis stetur relationi familie vel ꝙ denuntiationi facte per syndicum cõmunitatis stetur et relationi illius ꝙ hoc debeat intelligi nisi contrarium probetur vel videbitur contrarium licet al's verba statuti debent intelligi cum effectu.vt.l.j.§.fina.s.quod quisqꝫ iur.⁊ sic ꝙ videatur ꝙ non admittatur probatio in contrarium : sed certe quia lex dicit standum instrumento publico.C.de proba.l.cum precibus et etiam idoneis testibus.l.in exercendis. de fi.instru.et nihilominus admittatur probatio in contrarium: vt ibi not.⁊ in.c.cum Joannes.in ti.extra.et hoc dicitur fuisse de mẽte Jaco.but.in.l.j.C.de re iudi.et ibi Bald.hoc tangit et est gloss.ordinaria maioris autoritatis ꝙ̃ ibi allega.ideo eam tene mentinotabiliter.

2 ☞Contumacia procuratoris nocet domino in his que sunt modici preiudicij. vt perueniatur ad primum decretum non ad secundum.

1 **Si cum vsufructuario.** †Forma secundi decreti contra vsufructuarium est vt sibi denegetur vsusfructus.h.d.Dic vt in.l.si finita.§.si de vectigalib⁹. de dam.infect.⁊.l.hoc amplius.eo.ti. ¶In tex.ibi vsusfructus persecutio et transferatur in autorem non in ipsius vsusfructus qui a persona nõ potest separari sed commoditas.⁊ ideo non morte ipsius actoris finietur hec commoditas : sed morte vsufructuarij in quo residet ius vsusfructus;vt.l.necessario.§. fina.de peri.⁊ commo.rei vendi.†Sed an propter contumaciã vsufructuarij peruenitur ad secundum[c] decretum contra proprietarium.hic innuit ꝙ non:sed in contrarium facit quia est procurator proprietarij.l.fi.§.fi.de ope.no.nũ.⁊.j.quemadmo. vsufru.ca.l.j.in fin.⁊ contumacia procuratoris nocet domino:

vt.l.iij.C.de procu.sed dic hoc verũ in his que sunt modici preiudicij:vt perueniatur ad primum decretum nõ in his q̃ sunt magni.s̃m Barto.ibi.⁊ in.d.l.hoc amplius ⁊ hic.

1 **Si cum vno.** †Defensio non potest fieri pro parte sed debet fieri insolidum.⁊ ideo quilibet ex plurib⁹ dñis vnius serui in causa noxali debet ipsum defendere insolidum ⁊ suo nomine ⁊ ideo non tenetur satisdare de iudicato soluendo propter socios:quia non venit illorum nomine: sed suo proprio et qui suo nomine cõuenitur de iudicato soluẽdo non satisdat.h.d.s̃m gloss.⁊ doct. ¶In text.ibi noxali iudicio agetur ⁊ ille vult in se iudicium suscipere ⁊ seruum insolidũ defendere.sed actor dicit ꝙ cum plures alij sint domini ipse cẽsetur defendere partim suo nomine ⁊ partim nomine sociorũ ⁊ quatenus defendit nomine illoꝝ tenetur satisdare de iudicato soluẽdo.vt.j.de procu.l.mutus.§.qui alium. queritur ergo quid iuris.⁊ respondetur contrarium ⁊ assignatur ratio ꝙ imo suo tantum nomine defendit cum defendere debeat ⁊ defensio nõ nisi insolidum fieri possit.ergo totam facit suo nomine ⁊ nõ satisdat:vt insti.de satisda.§.sed hodie.tamen in contrarium facit:quia isto iure etiam cõuentus suo nomine satisdabat de iudicato soluendo.vt insti.de satisda.in prin.§.j.sed certe hoc verum quando conueniebatur actione reali.secus si personali vt ibi habetur ⁊ no.s.ti.j.l.iulianus.sed actio noxalis est personalis:licet in rem scripta ergo ⁊c.

2 ☞Si ago actione iniuriarum contra seruum petendo ipm puniri corporaliter.⁊ dicitur potius accusatio ꝙ possum petere mihi caueri de sistendo ipsum vsqꝫ ad sententiam inclusiue in eodem statu quia mea interest.

3 In penis imponendis inspicitur tempus condemnationis.et quando tempus commissi criminis ⁊ quid in laico qui postea efficitur clericus.

4 Quando illud quod erat in potentia reducitur ad actum.non dicitur quid nouum.

Quando status alicuius pendet ex aliquo euentu dicitur habere implicitum vtrũqꝫ euentum.

1 **Si seruum.** †Non dicitur sisti in eadem causa q sistitur mutata qualitate que alterat condemnationem nisi hoc actori non noceat vel nisi mutetur ex causa de preterito: quia tunc non dicitur noua.h.d.cum.l.seq. ¶†In tex.ibi non certe sistitur. et sic pena contra ipsum committitur si promissa est. Et sic nota ꝙ si ago actione iniuriarũ contra seruũ et peto ipsum puniri corporaliter: et sic ago poti⁹ criminaliter ꝙ̃ ciuiliter ad pecuniã mihi applicãdã. vñ potius dr̃ accusatio iterest mea ꝙ nõ manumittatur vt acrius puniatur tanꝙ̃ seruus et possum petere mihi cauere de sistendo ipsum vsqꝫ ad sententiam inclusiue in eodem statu . et si manumittatur videtur interesse mea.et ideo possum petere penam promissam:licet non tendam nisi ad vindictam ⁊ duritiem: vt.l.seruus.infra de ser. ex. quod est mirabile. ¶†Nota etiam ꝙ in penis imponendis inspicitur tempus condemnationis non tempus commissi criminis: sed contra.de lega.primo.j.de penis. Istud cõtrarium est difficile ⁊ glo.soluit pluribus modis.doc.similiter dicunt quod ibi loquitur quãdo pro maleficio veniebat imponenda certa ⁊ determinata pena a iure:et tunc inspicitur tempus delicti commissi et licet postea mutetur status non mutatur pena.hic quando nõ erat certa ⁊ determinata pena si veniebat imponenda arbitrio iudicis qui debet arbitrari tempore sententie ⁊ non habet respectum ad tempus precedens sicut in simili habetur in.l.iij.§.in hac.j. commodati. quãdo interesse probatur per iuramentum in litem quod inspicitur tempus sententie non tempus more precedentis.nõ est ergo distinguẽdum inter publica maleficia vel priuata: sed inter penas. al's autem hec distinctio non videretur locum habere si quis mutat statum de laico in clericum:quia si laicus committit homicidium non poterit puniri pena capitis:quia nec secularis index potest penam huiusmodi imponere:nec ecclesiasticus imponit penam sanguinis:sed commutabit.dixi.in.d.l.j.§.de pe. ¶†Vltimo no.in.l.fi.s̃m Bal.quod quando illud quod erat in potentia reducitur ad actum non dicitur quid nouum.[d] nã statuliber non dicitur habere libertatem in potentia ⁊ in habitu pendente conditione.illa vero existente hec potentia reducitur ad actum.vnde non dicitur consequi libertatem de nouo sed illa quam prius habebat dicitur fortificari sicut videmus in simili in.l.in suis.de libe.et posthu.quod cum filius viuente patre dicatur habere dominium potius in potentia ꝙ̃ in actu mortuo patre nõ dicitur acquirere nonum dominium:sed qd̃ prius habebat dicitur fortificari ⁊ impugnari.⁊ Bal. multum notabile verbũ hic dicit de implicitis statutis ex isto tex. quod quando

quando status alicuius pendet ex aliquo euentu dicitur habere implicitum vtrūq; euentum.

De eo per quē factū est quominus in iudicio sistat. Rubri.

2 ☞ Mercator Florentinus si conueniatur Florentie pro negotiatione hic gesta: et habet libros suos hic non tenetur eos illuc reducere nec ibi edere nisi expensis et periculo ipsius petentis.

3 Mercator pro negotiatione gesta hic potest conueniri in loco domicilij si bona sufficiunt creditoribus illius loci.

4 Non est imputandum mercatori: vel notario si librum protocollorũ portat in villam et an teneatur eũ edere in ciuitate: et qd si eum transtulit ad aliũ locũ alterius iurisditionis.

Sed est hoc constitutum. † Nota i p̃mo casu istius. §. quod si aliquis mercator Florentinus tenuit hic banchum vel apothecam non debet libros banchi vel apothece transferre ad alium locum remotum. puta Florentiam: et si cõtra facit eoipso est in culpa ex quo sequitur quod si actor qui conuenit ipsum hic occasione negotiationis hic geste vult quod ipse reducat libros huc tenetur suis expensis reducere et periculo et tunc dabitur sibi spacium. vt. l. seq. sed si non curat quod reducantur. puta quia ipse mercator fatetur se recepisse pecuniam ab illo agente tamen dicit se restituisse in diuersis vicibus prout constat in libris suis et petit terminum ad producendum eos non debebit sibi dari sed condemnabitur: quia intentio actoris est fundata ex confessione sua et illi imputandum quare non habet libros suos secuz. ad quod. l. si quod. C. de dilatio. Item si libri perderentur propter hoc q̃ sunt alibi translati periculum esset ipsius et teneretur ad interesse si non editum expediret edere. vt. j. eo. l. si quis. §. hoc edicto. ¶ † Ex secundo casu in versi. quod in alio non ecõuerso: sed si conueniatur Florentie pro negotiatione hic gesta et habet libros suos hic. non est sibi imputandum quare non habet ibi. et ex hoc sequitur quod non tenetur ibi edere nisi petens velit quod illuc reducat libros expensis ipsius petentis suo etiam periculo. arg. l. vnde queritur. in princip. j. commod. et est mirandum quare tunc compellitur subire hunc laborez postq̃ sibi non potest aliquid imputari cur ibi non habet. sed hoc contingit: quia persona sua est obligata et potest ibi conueniri: et sic not. † quod pro negotiatione gesta hic potest conueniri in loco domicilij hoc modo tamẽ si bona que ibi habet sufficiunt creditoribus illius loci: et ibi agenti alias deberet remitti ad locum istum. vt. l. procuratoris. §. si plures. j. de tab. exhiben. ¶ † Vltimo nota. in principio. l. si quis. quod non est imputandum mercatori vel notario si librum protocollorum portat in villam: et ideo si aliquis peteret sibi edi in ciuitate est in electione ipsius notarij dicere venias mecum in villam et dabo tibi vel de illa mittere sibi non sic quando trãstulit ad alium locum alterius iurisditionis vt in primo casu nisi illud fecisset ex iusta causa timore ne perderetur vt si erat dubiuz de tumultu vel statu ciuitatis ẽm Angelum hic qui dicit se hoc vidisse Perusij.

Quando.

2 ☞ Quando vnus ex heredibus habet facultatem totius rei restituende. ille solus potest insolidū conueniri: ⁊ quādo istud non procedat.
3 Scriptura redditur suspecta ex qualitate persone scribentis. si erat homo male fame non tamen est omnino nulla.
Notarius si fuit condemnatus de falso instrumento an instrumenta ab eo postea facta valeant: ⁊ quid si de crimine.
4 Plures notarij si sunt rogati de vno instrumento sufficit qđ vnus scribat ⁊ alij se subscribant.
Si sunt plures iudices delegati sufficit qđ vnus pronuntiet alijs presentibus ⁊ consentientibus.
5 Suspicio mali cessat propter adiunctionem boni.
Quod persona inhabilis adiuncta noceat.

Si quis ex argen.

1 **Cogantur etiam.** †Nota primo qđ hr̄des notarij tenentur edere librū vel protocollū cū expedit. si ergo nō edunt tenentur ad interesse sicut ipse notarius: sed an potuerunt publicare instrumenta ex protocollo dic quod non etiam si sunt notarij. ⁊ sic eiusdem professionis nisi eis committatur
a a iudice[a] vt in.c.cum.P.tabellio.extra de fide instrumentorū. ⁊ quod no. in Specu.eo.ti.§.ostenso. versic. illud pretermittendum cum seq. alias tenetur ostendere librum vt publicentur instrumenta per illum cui iudex commiserit siue sint eiusdem professionis siue non. vt.j.eo.l.quedam.§.nihil. quid autem in legatario cui notarius legasset sua protocolla. dic vt.j. eodem.§.is autem. iste enim est singularis successor. Item de alio ad cuius manus liber protocollorum peruenisset dic per
2 Innocen.in.c.j.extra.de probatio. ¶ †Item no.in ver. quod si plures. quod quando vnus ex heredibus habet facultatem totius rei restituende ille solus potest insolidum conueniri non pro hereditaria parte duntaxat ad hoc.l.iij.§.heres.j.cōmo. ¶ Sed contra oppo.de.l.si tibi homo.§.cum fundus. de legatis primo. Solu. ibi in actione stricti iuris: sed in bone fidei locum habet.§.heres. ⁊ idem in officio iudicis quod in hoc equiparatur bonefidei actioni casus est hic. ⁊ ita not. per Barto.in l.eadem.§.cato.j.de verbo.obliga. vbi plenissime de hoc articulo ⁊ ibi allegat istum tex. glo. tamē in.l.earum.j.si serui. vendi. videtur dicere qđ officium iudicis non equiparetur actioni bonefidei. sed illud quantum ad deferendum iuramentum in litem sed quantum ad effectuz de quo hic. secus vt ibi patet.
3 ¶ †Item no. tex. ibi si humilis ⁊ deploratus qđ scriptura redditur suspecta[b] ex qualitate persone scribētis si erat homo male fame non tamen est omnino nulla. ⁊ ideo potest cessare suspicio si corroboretur subscriptione aliorum fide dignorum. ideo glossa. inducit quod licet notarius fuerit condemnatus de falso instrumento. instrumenta tamen ab eo postea facta vale-
c bunt[c] si non fuit priuatus officio notarius licet minor fides eis adhibeatur postea determinat contrarium per.l.si aliquid.C. de susce. ⁊ archa. libro.xj. vbi prohibetur exercere officium in quo deliquit. dic breuiter quod si notarius fuit condemnatus de aliquo crimine puta de furto vel homicidio. ⁊ sic sit infamis locuz habet illa pars quod nisi sit priuatus expresse officio notariatus remanet notarius quod valent eius instrumēta postea cōfecta licet minor fides adhibeatur. ideo requiruntur alie coniecture ad hoc vt eis detur plena fides vnde si esset subscriptum ab alijs notarijs non noceret infamia illius. ⁊ de hoc est casus hic ipse tamen non potest testificari pro instrumento cuz sit inhabilis alias secus. vt.l.iubemus.C.de probatio. Si au-
d tem sit condemnatus de falso commisso in officio notariatus[d] tunc etiam si non sit priuatus officio expresse non poterit de cetero instrumenta conficere de nouis contractibus per illam.l. si aliquid. sed veteres rogitus poterit publicare. vt nota. in au-
e ten.de tabula.§.nos autem.colum.ij. quid autem[e] si ignorobatur ipsum esse condemnatum de falso. videtur quod tunc instrumenta postea confecta valeant. vt notatur eodem titulo.§. penul. de quo dicvt per Bald.in.l.j.C.de testa. ⁊.l.militibus.de testa.mili. ⁊.C.de sen.l.ij. dic vi ibi. ⁊ vide per Barto.in.l.eadem
4 j.ad.l.iul.pecu. ¶ †Item not. circa finem qđ si plures notarij sunt rogati de vno instrumento sufficit quod vnus scribat ⁊ alij se subscribant: ⁊ facit in argumentū quod si sunt plures iudices delegati sufficit quod vnus pronuntiet alijs presentibus
5 ⁊ consentientibus. vt in.c.fi.de re iudi.libro.vj. ¶ †Nota quod cessat suspicio mali propter adiunctionem boni. facit tex. in autentica vt diffe.iudi.§.j.col.ix. sed alibi nocet adiuncta persona inhabilis ⁊ inducit vitium. vt in.c.cum super.de officio delegati extra ⁊ vide ad ea que supra dixi. de tabel. in additio. Specu. de instru.edit.§.restat.ver. qd si tabellio.§.ostenso.ver. sed nunquid credetur.

2 ☞ Mercator cum quo fuit factum saldum de partitis hincinde ⁊ remansit debitor in.xx. ⁊ posuit istam particulam in aliquo folio libri an possit cogi vt ostendat istud saldum: licet nō contineat partitas hincinde.
3 Consules artis si habent iurisditionem in causis mercantiarum duntaxat censentur habere etiam in dependentibus ab eis.
Quid in fideiussore dato qui est subditus alteri iudici.

1 f **Rationem[f] autem esse.** †No. hic rationē ⁊ causam quare emanauit clementina prima de vsur. in qua statuit quod vsurarij teneantur edere codices eorū. ad quid enim fuit necessaria: q: videtur per edictum istud qđ possent cōpelli certe non est verum: quia hoc edictū loquitur de rationibus ⁊ codices vsurariorum non continent proprie rationes que consistunt in actibus concurrentibus adinuicem ⁊ vltro citroq; obligatorijs sed continent mutuationez ⁊ receptionem pignoris que proprie loquendo non sunt rationes vt hic in ver. nec illā ⁊ ver. nec si pignus. ⁊ ideo propter ostium eoruz emanauit illa clementina que fuit necessaria q: nō possent aliter conuinci de vsuris ⁊ habet locum etiam si non tenebant altare paratū: sed conficiebāt libros in camera. vnde non potest dici qđ sint cōfecti ad mandatum aliorum. non sic in alijs vt dixi in.l.pretor.in
2 prin. ¶ †Item no.in fine istius.§.in ver. sed q: si habui agere cum aliquo mercatore pluribus vicibus ⁊ finaliter saldauit rationem ⁊ ipse remansit mihi debitor in.xx. ⁊ constituit se soluturum: ⁊ istam particulam posuit in quodam folio libri. ⁊ ego peto quod ostendat istud saldum ipse non vult ostendere eo quia illa non est ratio quia nō continet partitas hincinde sed bene vult ostendere alias partitas ⁊ saldare de nouo ratione. certe per istum textum possum ipsum compellere: quia hoc constitutum seu saldum descendit ex ratione: ⁊ quid iuris est de illa idē
g de isto qđ nota. q: de dependentibus[g] idem est iudicium. †Et
3 vidi allegari istum textum q; si consules artis habent iurisditionem in causis mercantiarum duntaxat censeantur habere etiam in dependentibus ab eis. puta in penis impositis in talibus contractibus. facit.j.de instito.l.cuicunq;. ⁊.l.si ei quem in fi. ⁊ quod nota.in.l.ij.C.vbi cause fisca. Et quid si tu qui dedisti mihi fideiussorem qui est subditus vni iudici quod eodē modo videatur ipse fideiussor coram illo posse cōueniri.

1 **Ex hoc edicto.** ¶ †Hic videtur casus de eo quod no. glo.in.l.pretor.§.j.j. ⁊ quod nō possit quis petere a notario qui fuit rogatus de cōtractu quod edat instrumentum in publica forma nisi ille qui rogauit per se vel per procuratorem eius. ⁊ sic instrumentum procuratoris factum procuratorio nomine debet edi domino: nec requiritur quod procurator cedat domino hoc ius petendi[e] sm̄ Baldum hic cum loquatur indistincte: licet secus in actione acquisita per eum. vt.l.possessio quoq;.§.si possessio.j.de acquirenda possessione. dicit enim hic Ange. quod heres rogantis vel singularis successor potest petere. pone si rem quam emit vendidit titio et ipse nondum recollegerat instrumentum. nam titius poterit compellere notarium ad publicanduz instrumentum.

2 ☞ Dies ⁊ consul appositi in protocollo censentur repetiti in strumento postea publicato.

1 **Si initium tabu.** ¶ †Dies ⁊ consul appositi in principio libri vel in vna ratione censentur repetiti in sequētibus in quibus deficiunt. hoc dicit. Et intelligitur duobus modis. primo quando sunt dies ⁊ consul. positi in intitulatione libri. ⁊ tunc non habet dubium. et hoc seruant notarij qui apponunt annum ⁊ diem et signum in principio quinterni vt omnia instrumenta postea sequentia sine appositione anni intelliguntur confecta illo anno. consueuerunt tamen apponere in sequentibus menses ⁊ dies diuersos dicentes eodem anno mense ⁊ die tali. ⁊ nunc non habet dubium. Secundo potest intelligi quod in ratione tua que precedit meam continetur dies ⁊ consul. sed in mea que statim sequitur neuter continetur ⁊ vult iste text. qđ censeatur mea facta eodem die ⁊ sub eodem consule ideo mihi sit edendus dies ⁊ consul. ita intelligit Specu. in titulo. de instru.edit.in.§.ostenso.ver. quod si forte. ⁊ vide quod idem notatur in.§.postremo. al's in.§.instrumentum. ver. quid ergo per
2 duas colūnas. post principium. vbi tenet† qđ dies ⁊ cōsul appositi in protocollo censeantur repetiti in instrumento postea publicato si ibi deficiunt. item vide quod not. Cy. in.l.in causis.C.de accusatio. cetera vide hic p Bar. ⁊ de q̄stione molēdini

a ¶ A iudice. Adde tu an poterit notarius v̄tute dicte commissionis extēdere ī in breuiaturas talis notarij d̄functi. ⁊ qn̄ dic vt p eundē Pau. de cast. in consi. suo clxxiij. incip. videtur dicenduz in nouis. Cur.

b ¶ Reddit̄ suspecta. adde Spe. ī ti. de pcur.§.rōnem autē forme versi. itē qđ non sunt. ⁊ dicit Ange. de perusio. in cōsi. cclxxxiiij. inci. p̄mitto ad euidētiā. Frā. Cur.

c ¶ Valebunt. de hoc p eundē ei⁹ cōsi. clxiij. in impressis. ⁊ an dictum testis infamis corroboret̄ p dictū aliorum vide p Lud. ro. ꝯsi. ccxc. ⁊ Alex. cōsi. lviij. ij. lib. p ro. consilio. cccclxxxvj.

d ¶ In officio notariat⁹. adde eūdez Pau. de ca. in cōsi. ciiij. īcip. ponit̄ ī facto qđ in cā in nouis. ⁊ in p̄posito etiaz vide Ang. d̄ are. in opere malefi. in versi. falsario. col. iij. ver. q̄ro. aliqs notarius Fran. Cur.

e ¶ Quid autez. Adde de hoc vt p do. Alexan. de imo. in cōsi. suo cxxxviij. colū. ij. versi. ad idē in.j. vol. Fran. Cur.

f ¶ Rōnem autē esse. ratiōe eius qđ exercet nō tenetur librū edere sm̄ Ludo. cōsi. cciiij. ⁊ sequenti Are. cōsi. xxxiij. ⁊. xliiij. ro. cōsi. ccccix.

g ¶ Depēdentibus. adde Lud. ro. consi. cccclxv. ⁊ dicant̄ depēdētia ⁊ nō nexa. vide p Alex. ī cōsi. lviij. colū. fi. in.j. vol. ⁊ in consi. cc. in fi. in.ij. volu. Fran. Cur.

de qua in glossa vide plenius per eundem Bart. in l. quominus. j. de fluminis.

2 ☞ Notarius si perdidit librum protocollorum potest petere qd ad illis quibus restituit instrumenta in publica forma qd ei tradant vt reficiat librum de nouo.

Quid si notarius diceret se errasse in aliquo ⁊ vellet errorem suum corrigere.

An etiam ex alia iusta causa petere possit ab illo cui tradidit.

3 Notarius licet ediderit parti instrumentum in pub. formā presumendum est tamen qd apud eum remanserit originalis scriptura que vocatur protocollum.

Si dubitatur de viribus instrumenti editi recurrendū est ad illam scripturam.

4 Notarius si sumat copiam de instrumento per eum confecto etiam postꝙ alijs edidit: licet dicat hoc est exemplum talis instrumenti manu mei confecti ⁊c. quod huic exemplo dabitur fides ac si esset originale.

5 Qui dicit se perdidisse rem quā cōstat apud se fuisse necesse hȝ probare perditionē. ⁊ si non cōstaret apud eū fuisse crederetur verbo eius asserentis se non habere nisi aliqua p̄sumptio esset cōtra eum: qꝛ staretur eius verbo cum iuramento.

6 Non sufficit probare se perdidisse nisi etiam probet quod per casum fortuitum.

7 Dolus vel culpa non presumitur regulariter nisi in furto vel incendio.

Pretor ait argentarius.

¶ † Notabis primo ad qd allegatur qd ille qui debet instruere alios nō debet petere se ab illis instrui. ⁊ ideo est turpe doctori si petat consilium a scholari. ¶ † Item not. qd si notarius perdidit librum protocollorum pōt petere ab illis quibus restituit instrumēta in publica forma quod ei tradant vt reficiat librum de nouo. est ⁊ alia causa propter quā notarius potest petere ab illo cui tradidit instrumentum qd sibi reddat quādo diceret se errasse in aliquo ⁊ vellet errorem suum corrigere: vt no. Bart. in l. fi. j. de tab. exhib. ⁊ l. si librarius. j. de reg. iur. aľs regulariter non nisi alleget aliquam iustam causam non est audiendus per rationem de qua hic. ¶ † Ex qua no. tria ꝭm Bar. qd licet notarius ediderit parti instrumentum in pub. formam presumendū est tamen quod apud eum remāserit originalis scriptura que vocatur protocollus. ⁊ ideo ad illam scripturam recurrendum est tanꝙ magis originale si dubitatur de viribus instrumenti editi: vt no. in auť. de tabul. §. nos autem. col. ij. ⁊ in l. sempronius. j. titu. j. de leg. ij. vbi vide Bar. † dicit etiam Bar. hic qd si notarius sumat copiam de instrumento confecto per eum: licet dicat hoc est exemplum talis instrumenti manu mei confecti ⁊c. qd huic exemplo dabitur fides ac si esset originale: quia ipse est certus ⁊ instructus de negotio vt hic. nam ⁊ cum facit sibi reddi instrumenta que alijs edidit sumit inde copias. ⁊ tamen ex illis facit originalem librum. quod no. ⁊ pro eo est casus in autenti. si quis in aliquo. C. eo. licet secus de exemplis aliorū non confectorum per se. ¶ † Item no. quod qui dicit se perdidisse rem quam constat apud se fuisse necesse habet probare perditionem et si non constaret apud eum fuisse crederetur verbo eius asserentis se non habere: nisi aliqua presumptio esset cōtra eum. qꝛ staretur eius verbo cum iuramento. vt. s. eo. l. pretor. §. sed ⁊ si seruus. ver. sed si inscio. quando autē constat[a] qd res ad eum peruenit necesse habet probare perditionem. vt. j. manda. l. creditor. §. si inter. in glo. super verbo negetur. ⁊ sic tenebitur ad restituendum iure actionis debet tamen probare legitimis probationibus se perdidisse. vt. j. de pigno. actio. l. si creditor. si vero[b] non iure actionis: sed officio iudicis petitur probat per iuramentum. vt. l. fi. C. de fide instru. ⁊ ita debet intelligi hic: quia iudicis officio compellitur edere. vt. j. l. vj. §. j. ¶ † Nota etiam quod non sufficit probare se perdidisse[c] nisi etiam probet quod per casum fortuitum. ⁊ sic non per culpam. contra hoc glo. oppo. qd imo aduersarius tenetur probare qd per culpā ⁊ non per casum: qꝛ qui culpam allegat illam probet. vt. j. de proba. l. quoties. §. qui dolo etiam soluitur multis modis. dic quod hoc ideo probat: qꝛ agebat ⁊ suam intentionē fundabat in casu fortuito. si autem conueniretur tunc aduersarius qui agit ⁊ fundat se in culpa necesse hȝ illam probare: aľs absolueretur: † qꝛ dolus vel culpa non presumitur regulariter fallit regulariter: vt in furto vel incendio[d] qui presumitur. eueniret propter culpam male custodientis. ⁊ ideo illi incumberet onus probandi casum sine culpa iuxta no. j. pro socio. l. cū duobus. §. damna. in glo. super ver. surreptū. ⁊ vide circa hunc articulum qd no. in Spe. de pigno. §. j. ver. ⁊ no. quod si creditor. ⁊ per Barto. in l. quoties. C. de naufrag. lib. xj. vbi ponit aliqua bona dicta.

a ¶ Qd autē constat. adde eundē Pau. de cast. in consi. ccclviij. in nouis inci. circa primū. Frā. cur.

b ¶ Si vero non iure. adde etiꝫ hoc idē tȝ Alexā. de imo. in cōsi. lviij. col. ij. circa fi. in j. vol. Cur.

c ¶ Se pdidisse. adde quod idez Pau. de cast. in cōsi. ccclvij. incip. circa primū vide tur dicedū in nonis dicit ꝙ amissio instrumenti probať solo instrumēto. Fran. Cur.

d ¶ Incendio. de hoc p Jo. de ana. cōsi. lxxj. ⁊ p Lu. ro. cōsi. ccccj. per Ancharan. consi. ccclix.

e ¶ Iterum. facit qd voluit ro. cōsi. cccciiij. qd si factum est cōpromissum vigore statuti qd nō habuit effectuȝ dȝ de nouo cōpromitti ⁊ idē tenet Alex. consi. lxx. Ra. cu. cōsi. cxxj. ⁊ qn̄ testes possint repeti ante publicationeȝ ⁊ post vide latissime per cano. i. c. per tuas. de test. Fran. Cur.

2 ☞ Notarius eo casu quo ex causa cogiť iterum publicare instrumentum poterit publicare etiam imbreuiaturam cancellatam. ⁊ debebit publicare in eadem forma qua primo.

3 Attestationes testium si sunt perdite: vel si testes non fuerunt plene examinati possunt iterum examinari.

4 Notarius q publicauit instr̄m si in aliquo minus plene publicauit pōt cōpelli iterum publicare aliter tenetur ad interesse.

Notarius si anteꝙ redderet instrumentū perdidit protocolluȝ potest petere examinari testes super contractibus: vt ꝭm dictū eorum postea conficiat protocollum.

Nam ⁊ ipsi argentario.

1 ¶ † No. hūc text. ad illud qd allegatur qd si quis semel habuit instrumentū a notario ⁊ iterum petat notarius non tenetur nec debet iteruȝ publicare nisi subsistente iusta causa qꝛ forte perdidit. ⁊ tunc debet fieri cū autoritate iudicis ⁊ citata parte que posset ledi ⁊ cum magna solennitate que ponit Spe. in ti. de instru. edic. §. postꝙ. versi. vbi autem. ⁊ ideo notarij postꝙ construxerunt instrumentum in publi. formam solent cancellare abbreuiaturas ⁊ ponere in protocollo cancellatum: quia redditum in publicam formam.

2 ¶ † Et nota qd eo casu quo ex causa cogitur iterum publicare poterit publicare etiam imbreuiaturam cancellatam ⁊ debebit publicare in eadem forma qua primo. ⁊ ideo cauti notarij retinent sibi formas in eorum libris ne deprehendantur in variatione si postea reperiretur aliud deperditum: ⁊ adde quod habetur. C. de discussio. lege ne casu libro decimo. ⁊ per Barto. in l. fina. de tabu. exhib. ⁊ est arg. † qd si attestationes testium sunt perdite vel si testes non fuerunt plene examinati possint iterum[e] examinari post didicita testificata. ꝭm Guil. de cu. hic.

4 ¶ † Nota etiam dum dicit minus plene editum. quod notarius qui publicauit instrumentum si in aliquo minus plene publicauit potest compelli iterum publicare ⁊ nisi faciat tenetur ad interesse. vt notat Bartol. in l. finali. de tabul. exhiben. j. vbi etiam dicit quod si notarius anteꝙ redderet instrumentum perdidit protocollum potest petere examinari testes super contractibus vt ꝭm dictum eorum postea conficiat protocollum quod nota. quia frequenter notarij recipiunt notas in vno folio ⁊ postea portant domum ⁊ ponunt in libro si contingeret quod perderent illum anteꝙ scribant in libro quod facile potest contingere.

2 ☞ Perditio instrumenti qn̄ probať per solum iuramentuȝ non admittitur publicatio nisi semel post primam vicem.

3 Acta iudicij vel cause cum sint communia fienda est copia cuicunꝗ parti petenti quoties voluerit dummodo notario satisfiat de mercede.

4 Notarius cum publicat instrumētum si pars vult quod faciat plura instrumenta eiusdem tenoris: qꝛ vnum forte vult portare secum: aliud dimittere teneť notarius hoc facere nec requiritur alia cause cognitio nec iudicis autoritas.

Veluti.

Hec vox iterum.

1 ¶ † No. qd ista dictio iterū nō importat bis tantum sed quoties opus fuerit hoc iterum si iteratio non tendit in grauamen alterius aľs importat bis tantum. vt. j. de lega. iij. l. fideicommissaria. §. si quis decē. quā allegat glo. † Item procedit qn̄ probaretur perditio legitime per testes. sed si probatur solum per iuramentum non admittitur nisi semel post primam vicem. casus est singularis in l. fi. j. de bo. auto. iudi. pos. qd no. pro eo quod dixi. i. l. fi. s. de fer. qꝛ ad probandum impedimentum per iuramentum non admittitur qs nisi semel: casus est ibi. ⁊ si vltra ꝙ semel diceret se impeditum deberet legitime probare. adde quod dicit Inno. in c. quoniam contra falsam. extra de probatio. in glo.

3 ¶ † Nota etiam qd isti tex. procedunt quando instrumenta vel scripture non fuerunt adhuc in iudicio producta: sed postꝙ fuerunt producta. ⁊ sic effecta de actis tunc cum acta sint communia: fienda est copia cuicunꝗ parti petenti quoties voluerit etiam non probata perditione prime copie. qd no. non ergo habent locuȝ isti tex. in notario cause qui rogatur de actis. cum nō teneatur dare copiam nisi semel nō subsistente iusta causa: imo semper ⁊ indistincte cū ab eo petitur. dummō sibi satisfiat de mercede sua. vt no. j. eo. l. argētarius. in prin.

4 † Scias etiā qd in prin. cū notarius publicat instr̄m si ps vult qd faciat plura instr̄a eiusdem tenoris: qꝛ vnum forte vult portare secū aliud dimittere. teneť notarius hoc facere nec requiriť alia cause cognitio nec iudicis autoritas. per. l. vnum testamentum. j. de testa.

2 ☞ Arbitri a partibus assumpti non faciunt litem suam: nisi ratione doli vel late culpe.

Dolus verus quid sit ⁊ quid presumptus: ⁊ quid culpa latissima ⁊ quid

ma ⁊ quid lata culpa.
Quod de oĩbus predictis teneatur argentarius vel notarius.
3 Mulier minor ⁊ rusticus a quo dolo excusentur ⁊ quando.
An admittatur ad producendũ testes post dicicita testificata.
An excusentur a vera contumacia.

1 **Ubi exigitur.** ¶ †Not. ex hoc principio qđ notarius ꝓpter instrumentum nõ redditum non tenet̃ nisi ratione doli vel late culpe. sicut in alijs officialibus publicis assumptis de cõsensu partiũ. vt. l. j. §. j. ff. si mensor falsum modum dixe. ⁊ in. l. fi. de magistra. conuen. ⁊ sic arbitri a partibus nõ faciunt litẽ suaꝫ nisi ratione doli vel late culpe. dolus autẽ est duplex scꝫ verus qui ꝓbatur ex indicijs ⁊ dicitur culpa latissima ⁊ presumptus quando non facit id qđ de iure facere tenetur non subsistẽte iusta causa. vt. l. dolus. ff. mandati. ⁊. l. si procuratorem. §. fi. eo. ti. dicitur culpa latior. Item lata culpa quando non facit id qđ omnes faciunt. vt plene no. in. l. qđ nerua. ff. deposi. per Bart. ⁊ de oĩbus istis tenetur argentarius vel notarius. nõ de leui culpa vel leuissima: q2 imputent sibi eligẽtes qui talẽ elegerunt. sed dolus verus vel presumptus sine lata culpa preponderat culpe partium. ¶ †Sed oppo. q2 mulieri minori ⁊ rustico nõ edentibus parcit̃ vt. s. eo. l. j. in fi. sed a dolo persone predicte nõ excusatur. vt. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. ergo non edens debet teneri aliter ꝙ de dolo aliter non esset aliquid speciale in personis predictis. Sol. si persone predicte essent in vero dolo nõ parceret eis nec haberet locũ. l. contraria. sed est speciale in eis qđ excusant̃ a dolo presumpto nõ sic alie ꝑsone. ¶ Sed contra hoc oppo. quod debent excusari a dolo presumpto: q2 sic daretur materia eis delinquendi. Solu. a dolo presumpto in preteritum excusantur. vt ibi: sed a presumpto in futurum nõ per rationem predictam. ideo determinant doctores quod mulier minor vel rusticus volentes admitti ad producendum testes post dicicita testificata non debeant audiri quia contra eos militat presumptio. vide de hoc articulo[a] per Dy. ⁊ Bar. in. l. j. §. aduersus. ff. de noui ope. nuntia. ⁊ per predicta dicunt docto. qđ dicte ꝑsone priuilegiate nõ dicunt̃ cõstitui in vera cõtumacia propter hoc qđ citati personaliter non cõpareant: q2 non presumuntur hoc fecisse per doluꝫ. ⁊ sic poterunt appellare. quod perpetuo tene menti. sed si expresse dicerent nolo comparere vel iudicem contemnerent tunc essent in dolo vero ⁊ nõ excusarentur a vera contumacia.

2 ☞ Si quis tenetur mihi ad aliquid iure actionis: et illud non facit succedit obligatio ad interesse et inspicitur tempus more.
3 Quid si potest compelli officio iudicis.

1 **Is autem qui in hoc.** †Qui non edit incipit teneri ad interesse nec liberatur ab ista obligatiõe: licet postea petentis non intersit edi: quia sufficit quod interfuerit semel. ⁊ actio formata ad certum interesse non variatur: licet interesse cesset vel minuatur. ¶ In text. ibi not. quod hodie interest. supple edi. ¶ In tex. ibi interesse desinit: sed quod edatur vult dicere qđ licet hodie non intersit mea quod fiat editio quia actio mea in qua volebam probare per illam editionem est extincta tempore quia non interfuit edi cum petij ⁊ cum iudex iussit. ⁊ quia facta non fuit editio probare non potui. Et sic sum damnificatus quod damnum non fuissem passus si editio facta fuisset non desinit mihi actio competere ad interesse: quia non desinit damnum de preterito secus si desineret. vt not. in. l. qui autem. §. j. s. si quis cau. ¶ In glo. magna ibi vt si extitit heres ei ⁊c. dic hoc exemplum non est bonum: quia hoc casu cessaret damnum de preterito si volebam per rationes conuincere titium cui postea successi. ⁊ sic mihi ipsi soluere nõ possum: vnde non recipio damnum ex non editione. tene ergo sequens exemplum quod actio mea est extincta tempore quo non fuisset extincta si editio facta fuisset imo in ea obtinuissem. ¶ †In gl. 2 ibi sed videtur quod in alio tempore quã decreti iudicis consideretur interest. tempore more que potest committi per interpellationem extraiudicialem vel per lit. contest. per interpellationem precessit. vt. l. j. ff. de tut. ⁊ cura. glo. se inuoluit. dic breuiter qđ interdum quis tenetur mihi ad aliqđ iure actionis ⁊ si illud non facit succedit obligatio ad interesse. ⁊ tunc inspicitur tempus more vt contrahatur obligatio ad illam quantitatem quam mea interfuit tunc temporis nec postea variatur augendo vel diminuendo. vt. l. hominem. ff. manda. †interdum nõ te-3 netur iure actionis: sed potest compelli officio iudicis. ⁊ tunc non inspicitur tempus more contracte per interpellationem sed tempus quod iudex iussit. ⁊ iste est casus notabi. iuncta. l. cum postulasset. ff. de dam. infec. cum ibi no. quia non contrahitur mora in officio iudicis per solam interpellationem extraiudicialem: sed per iussum iudicis nec propterea variabit̃ quãtitas ⁊ hoc quando ad interesse contrahitur obligatio. ⁊ sic venit interesse iure actionis: quia est interesse extrinsecum. si autem venit officio iudicis mercenario quia est interesse extrinsecum quod consistit circa estimationem indebite tunc est materia. l. iij. §. in hac. ff. de tritica. ⁊. l. vinum. ff. si certum petatur. in qua materia glossatores habuerunt intellectum offuscatum. ⁊ no. hunc. §. ꝓm dictum intellectum.

2 ☞ Quilibet cuius interest an possit petere a notario exhiberi sibi instrumentũ de cõtractu celebrato inter alios: ⁊ an etiaꝫ ab alio priuato.

1 **Quedam sunt persone.** ¶ †Si potest dari actio ordinaria ex contractu vel quasi ad edendum cessat officium iudicis ⁊ actio in factum ex hoc edicto que sunt remedia extraordinaria hoc dicit. ¶ Et no. quod interdum editio fit officio iudicis mercenario. vt. s. eo. l. j. in illis casibus quando petitur fieri editio de instrumentis productis vel nõ productis ꝓm ea que ibi no. ⁊ ista fiunt de iure ciuili. Interdum petitur fieri officio iudicis nobili quando lis non erat mota ⁊ petitur fieri a persona publica: vt nummularij: ⁊ argentarij ⁊ hodie notarij. ⁊ ista fit de iure pretorio de qua loquitur. lege pretor cum sequenti. s. eodem vsꝙ ad hanc. l. interdum iure actionis ordinarie vt in casibus notatis hic in glo. ¶ Sed op. nam etiam in proximo precedenti casu potest dari actio mandati q2 argentarij nõ tenẽtur edere nisi rationes vel instrumenta quas vel que cõfecerunt de mandato partiũ. vt. s. eo. si ex. §. pertinere. solu. ex illo mandato nõ oritur actio mandati q2 mandatũ debet esse gratuitum ⁊ de voluntate acceptari ⁊ recusari. vt. l. j. ff. manda. sed iste persone publice recipiunt tale mandatum ex quadam necessitate propter a publicum officium: quia non possunt recusare non subsistente 2 iusta causa ꝓm docto. hic. ⁊ in. l. j. C. eo. †Item dicit hic Ang. qđ audiuit allegari glo. que est hic in palatijs. circa principium ibi. al's actione in factũ sua intersit exhiberi quod quilibet cuius intersit potest petere a notario exhiberi sibi instrumentum de cõtractu celebrato inter alios: licet ille non mandauerit nec alius pro eo rogauerit notarium nec successerit roganti. ipse tamen dicit hoc non esse verum per. d. l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. ⁊ per principium istius. l. Tu potes dicere notabiliter an ille qui non rogauit notarium possit petere vt sibi publicet instrumentum ⁊ tradat. ⁊ dicendum est quod non per ea que no. glo. in. l. pretor. s. eo. aut querimus an possit ipsum cõpellere ad ostendendum protocollum solum vt iudex videat. ⁊ b potest dici ꝙ sic. vt in hac glo. si iurat sua interesse[b] cum hoc sit modici preiudicij per. l. thesaurus. ff. ad exhibẽ. ⁊ hoc modo potest intelligi qđ no. Inno. in. c. j. extra. de probatio. ⁊ idem videtur de quolibet alio priuato qui habet penes se suum instrumẽtum vt teneatur illud ostendere ei cuius interest. non tamẽ cõtra se nec dare copiam eius ⁊ ita possunt intelligi iura de quibus in titu. ad exhiben. duo loquuntur de exhibitione scripture vel charte.

[a] ¶ De hoc articulo. Adde qđ cõis cõclusio est qđ succurrat̃ minori vt etiaꝫ per Alex. ꝺ imo. hic ⁊ adde ꝙ aduersus dolũ ꝓsumptum succurrit̃ ipsi minori vt ꝑ eundẽ Alexã. in cõsi. ciij. colũ. ij. ver. ⁊ dicit. ⁊ col. vij. v. ⁊l'ꝫ. i. j. vol. ⁊ ꝑ eũdẽ in cõsi. xxxv. in fi. in. v. vol. ⁊ vide i proposito eundem Alex. i dicto. §. aduersus. ff. de no. ope. nuntia. Fran. Cur.

2 ☞ Publicatio instrumenti ex protocollo notarij defuncti non potest fieri per filium etiam heredem notarij nisi committatur a iudice.
3 Ille qui succedit in ius alterius partibus illius fungi debet. ⁊ sic eiusdem conditionis ⁊ nature censeri.
4 Notarius potest legare sua protocolla ad vtilitatem legatarij similiter ⁊ donare.
Notarius potest facere scribi instrumentum per aliũ notariũ si ipse est impeditus ⁊ qualiter postea se subscribet.
Notarius non potest subscriptionem alteri committere nec etiam dictamen.
5 Successorum appellatione in dubio continentur successores vniuersales qui dicunt̃ successores iuris vt sunt heredes ⁊ bonorum possessores.
Item pater ⁊ dominus in gestis per filium vel seruum.
Si aliquis recipit emphyteosim pro se ⁊ suis successoribus. et ipse vni ex filijs aliquid reliquit iure institutionis alios vero instituit vniuersales heredes an primus admittat̃ ad partem.
6 Testator quando instituit aliquem heredem vt post eius mortem bona sua peruenirent in talem: ⁊ eius successores si ille nõ reperiatur viuere tempore mortis sed reperiantur eius successores quidam vniuersales: ⁊ quidam in re certa an isti vltimi admittantur.
7 Officium iudicis ex hoc edicto partim habet naturam personalis actionis partim realis.
8 Cõtra singularem successorem datur in subsidium actio in fa-

[b] ¶ Interesse. ad de vt ꝑ Lud. ro. consi. lxxxiij.

ctum ad edendum de equitate quando contra beredē vniuersalem non potest dari.

Si protocolla notarij reperiantur penes aliquē tertiū qñ iste tertius possit compelli edere: sicut ipse notarius.

9 Heres eoipso est in culpa: quando quis fuit protestatus qđ alteri non tradat anteq̄ facta sit editio.

Nihil interest.

1 †No. ex principio. s̄m Ang. qđ si heres notarij est notarius eo ipso habet commissionem a iure de publicando instrumēta ex protocollo defuncti sui ⁊ ita dicit seruari de facto. certe iste textus. probat contrariū qꝛ dicit beredem argentarij teneri siue sit eiusdē professionis siue nō: ⁊ eodē modo heres notarij tenet̄ ergo sequitur qđ iste tex. non loquit̄ de illa editione de qua loquitur Ang. qꝛ si nō esset eiusdē professionis non posset instrumenta publicare. loquit̄ ergo de simplici editione facti quam quilibet facere pōt qui habet penes se vt ostendere ⁊ tradere vt alius publicet. 2 †Sed publicatio nō pōt fieri per filiū etiā beredem notarij nisi committat̄ a iudice per. c. cū. P. tabellio. extra de fide instr. ⁊ ita etiā sentit ipse. s̄. eo. l. si quis. §. j. 3 ¶ †No. etiam ex hoc principio qđ ille qui succedit in ius alterius partibus illius fungi debet idest cēseri eiusdē cōditionis ⁊ nature sic. j. de re. iu. qui in ius. ⁊. c. cū quis. de reg. iur. in. vj. ⁊ extra de rescrip. c. significauit. 4 ¶ †In ver. is aūt. no. qđ notarius pōt legare sua protocolla ad vtilitatem legatarij. de boc in Spec. de instru. edit. §. ostenso. ver. qd si aliquis. similiter pōt donare. p boc dicunt docto. qđ notarius pōt facere scribi instrumentum per alium notarium si ipse est impeditus ⁊ postea se subscribere[a] ⁊ ita quotidie fieri videmus ⁊ in subscriptione dicit notarius se alijs inpeditum fecisse per alium scribi. facit. l. fi. §. sin autem dubius. C. de iur. delib. ⁊ no. Spe. de instr. edi. §. restat. ver. quid de boc. ⁊ per Bar. in. l. diuus. §. item senatus. j. de fal. subscriptionem vero notarius non potest alteri committere nec etiam dictationē sed debet ipse per prius ponere totum in suo protocollo ita qđ alius notarius nihil aliud babeat agere nisi scribere circa qđ vide qđ no. Bal. super rubrica. C. de fide instr. 5 ¶ †Item no. qđ appellatione successorum in dubio continentur successores vniuersales qui dicuntur successores iuris vt sunt beredes ⁊ bonorum possessores. item pater ⁊ dominus in gestis per filium vel seruum. vt. l. tam ex contractibus. j. de iudi. ⁊ boc inducitur ad. q. notabilem. Si aliquis recipit empbyteosim pro se ⁊ suis successoribus ⁊ ipse vni ex filijs vel filiabus aliquid reliquit iure institutionis. alios vero instituit vniuersales beredes vtrum primus admittatur ad partem cum non sit successor vniuersalis: sed loco legatarij babeatur. vt. l. quoties. C. de bere. insti. ⁊ iste tex. facit quod non sed Bart. videtur contrarium determinare in. l. vt iuriurandi. §. si liberi. de oper. liber. ⁊ Spe. in simili questione 6 †quando testator instituit aliquem beredem ⁊ post eius mortē bona sua peruenirent in talem ⁊ eius successores si ille non reperiatur viuere tēpore mortis beredis sed reperiantur eius successores. Quidam vniuersales quidam in re certa vtrum isti vltimi admittantur.[b] ego babui istam questionem de facto boc anno. ⁊ Spe. mouet istā questionem ⁊ determinat quod sic fauore vltime voluntatis. in Speculato. de testa. §. j. in fi. Bal. videtur contrarium dicere allegando istum tex. contra Bart. in. l. liberti. C. de operis liber. ⁊ postea recitando Specula. in sua questione videtur ipsum sequi. ⁊ sic sibijpsi contrariatur. ego in bac questione aliter distinxi in dicta. l. quoties. ⁊ reperio. Ang. eodem modo distinguentem: licet ipsum non viderim. 7 ¶ †Item nota quod officiū iudicis. ex boc edicto partim babet naturā personalis actionis partim realis. personalis ideo: quia non datur contra successorem singularem. realis ideo: quia non datur nisi contra eum qui babet facultatem edendi. vnde etiam contra beredem non datur nisi quando babet vel dolo desijt babere. 8 ¶ †Item nota quod contra singularem successorē datur in subsidiū actio in factum ad edendum de equitate quando contra beredē vniuersalem non potest dari vnde Innocen. in. c. j. extra. de probatio. dicit quod si protocolla notarij reperiuntur penes quendam tertium potest compelli ad edendum sicut ipse notarius. quod videtur limitandum s̄m istum tex. sed in subsidiū quando non potest dari actio contra beredem vel ipsum notarium. sed si notarius viueret ⁊ posset peti editio ab ipso non deberet peti ab alio tertio. ⁊ idē si mortuus est beres eius. ⁊ fuit in culpa quod ad manus eius tertij perueniret. 9 ¶ †Ultimo not. qđ beres eoipso est in culpa. quando quis fuit protestatus quod alteri non tradat anteq̄ facta sit editio etiam si illi fienda erat traditio: quia fuerant sibi legata. facit. l. dolo. j. ad. l. falcidiam. tene menti omnia predicta.

2 ☞ Illa scriptura pōt dici autentica cui de consuetudine datur fides licet non sit confecta a notario.

3 An bodie stetur libris mercatorum vel campsorum cum nō babeant officium bodie de publico sed quilibet pro suo libito eligit sibi bancbum. ⁊ in sequenti. l.

Nūmularios quoq;.

1 ¶ †No. tex. ibi ⁊ frequētissime ⁊c. per quam dicit Bar. quod scripturis officialium publicorum puta gabellariorum: licet non sint notarij datur fides in bis que cōcernunt ministerium eorum ac si essent publice scripture: ⁊ scripte manu notarij. ⁊ idem in libris qui tenētur in armario[c] communis ⁊ sunt cōfecti per priuatas personas in aliquo officio publico. ad boc facit. c. cum dilectis. extra de fide instrumentorum. 2 †vbi potest dici scriptura autentica illa cui de consuetudine datur fides: licet non sit confecta a notario. 3 ¶ †Ultimo nota glossam que semper allegatur an bodie stetur libris istorum mercatorum[d] cum non babeant officium bodie de publico. sed quilibet pro suo libito eligit sibi bācbum. olim enim quia eligebatur de publico stabatur non solum contra se sed etiam pro se ⁊ quo etiam ad extraneos. Bar. tamen dicit se putare quod etiam olim non stabatur pro se sicut nec bodie staretur scripture notarij pro se nisi ratione connexitatis si essent duo capitula connexa vnum pro se aliud contra se: ⁊ ego acceptarem vnum: puta secundum cōtra se. nam teneor acceptare etiam primum: puta si continebat me vendidisse pro centum ⁊ ego accepto ⁊ dico quod vendidi pro centum ⁊ quinqnaginta certe non possum diuidere sed debeo vel totam scripturam acceptare vel totam recusare. vt. l. publia. in fi. j. depo. breuiter ergo bic glo. tenet quod bodie statur contra eos non pro eis. quod intellige nisi statutum vel consuetudo sit in contrarium vt Florentie quod vsq; ad certam quantitatem stetur libris mercatorum etiam pro se. quid autem quantum ad extraneas personas. glo. non tangit. docto. dicunt quod faciunt semiplenam probationem propter boc quod ad eorum fidem frequenter recurritur. ⁊ boc est notandum. nam dictis ipsorum sine iuramento datur semiplena fides. ⁊ boc ideo quia difficilius scriberent falsum in libro suo quam non dicerent propter timorem falsitatis: quia non de facili quis conficit falsam scripturam: maxime in libro suo quem tenet pro autentico. ⁊ Florentie si reperiretur aliqua falsitas puniretur sicut notarius de falso. vnde multum cauent quando scribunt in libris suis. sed nō sic in simplici verbo.

Argentarius rationem.

1 ¶ †Nota bic casum in quo reus edit[e] actori ad intentionem actoris fundandam. est ⁊ alius. s̄. eodē. l. nec quisq̄ regulariter. secus vt. l. qui accusare. C. eo. sic ergo notarius etiam contra se tenetur edere ad actoris intentionē fundandam. vt dixi. s̄. eodem. l. pretor. §. j. item dicit Ange. bic per bunc tex. dum dicit neq; alios ab similes ⁊c. quod mercatores ⁊ campsores moderni quia non eliguntur a publico nō tenentur eorum codices edere ad actoris intentionem fundandam contra se licet si edant statur eis contra se: vt not. in principio dicto. §. ⁊ boc videtur velle expresse gl. in clemen. j. de vsur. per locum a speciali: quia si est speciale in vsurario. ergo in contrarium est ius commune. ⁊ ita dicit seruari. sed Iaco. but. ⁊ Bar. in. l. j. C. eodem tenent contrarium: quia de consuetudine conficiunt libros ⁊ rationes censetur eius mandatum a contrabentibus cum eis. ⁊ sic eorum rationes sunt communes. deberet ergo edere cum die ⁊ cōsule. ⁊ banc partem tenui in. l. pretor. §. j. s̄. eo. que equior est. debet tamen petens allegare nomen libri ⁊ folium in quo dicit contineri suam rationem: quia non tenetur totum librum ostendere. vt. j. proxi. §. ⁊ dixi in dicta. l. pretor. in principio. ideo qui babent scbedulas de ipsorum manu faciunt apponi predicta. ad clemen. autem primā quid addat specialitatis. tetigi. s̄. eodem. l. si quis. §. rationem. predicta de iure. de consuetudine autem diuersimode seruatur. ⁊ illa est seruanda vbi viget.

2 ☞ Editio consistit in faciendo inspici ⁊ etiam describi.

3 Notarij non tenent̄ edere instrumēta non data pecunia ⁊ si ediderint an possint petere sibi solui de labore ⁊ qua actione.

De salario notariorum. vide remis. ibi.

Edi autem ratio.

1 ¶ †No. bic vnū quod in omni negotio debet seruari vt a capite incipiatur nō a cauda quia potissima cuiusq; rei est principium. vt. l. j. s̄. de origi. iur. 2 ¶ †Item no. qđ editio consistit in faciendo inspici ⁊ etiam describi. adde. c. contingit. extra de fide instrumen. 3 ¶ †Not. etiam glo. que est in principio istius legis que dicit quod notarij non tenent̄ edere instrumenta nō data pecunia: sed si ediderint an possint petere sibi solui de labore.

a ¶ Et postea se subscribere. adde alex. de imo. cōsi. cxxix. colū. pe. in. j. vol. ⁊ vide eundē Alex. in cōsi. xlj. col. j. eo. vol. Cur.

b ¶ Admittant̄ qđ appellatione successoris veniat tm̄ vniuersalis. vide Feli. in c. qꝛ. U. de iudi. in vl. col. q̄ si copulatiue dicat̄ hr̄dib⁹ ⁊ successoribus etiā nō cōprebēdit̄ singulares. s̄m do. Ias. bic ꝯ domi. Alex. cōsi. cxciij. ij. lib. p quo adde Frā. cur. cōsi. xlv. i fi. vbi sequitur dictū Io. de imo. ⁊ ibi cōcludit q̄ appellatione successoris cōprebēdit̄ quicūq; successor.

c ¶ In armario scriptura archiui publici facit notoriū. s̄m ro. cōsi. ccclj. ⁊ scriptura archiui p̄fert̄ scripture facte a camerario cōitatis tāq̄ a p̄uata psona s̄m eūdē. ꝯsi. cccxix.

d ¶ Mercatoꝝ. de boc pulchre per ro. ꝯsi. ccv. ⁊ qđ si cōtinet diuersa capl'a. vide p eūdē ꝯsi. cccxlvj. ⁊ an liber rōnum scribe sit publicus. vide p eūdē ꝯsi. lxx. ⁊ an libris mercatorū det̄ fides viđ p archi. ꝯsi. xliij. ⁊ an cōsuetudo q̄ libris mercatoꝝ det̄ fides sit irrōnabilis. vide p eūdē. ꝯsi. xlv. ⁊ i materia p̄dicta. vide Io. de ana. cōsi. xl. ⁊. liij. an autē liber thesaurarij p̄iudicare possit cōi. vide per Signorolū cōsi. xix.

e ¶ Edit. dicit ro. cōsi. cccxcviij. qđ reus semp edit actori ad fundādā eius intētionez ⁊ ex magna cā: ⁊ vbi vertitur periculū anime.

de labore. videtur quod non per.l.j.§.j.vel.ff.de var.et extraordi.cogni.Bar.tamen dicit contrariũ qꝛ censentur locasse operas suas.vnde possunt agere actione locati ad id quod consuetum est.argu.C.locati.l.excepto.et adde.l.vlt.C.de prin.agen.in rebus lib.xij.et de colonis illiricianis.l.fi.libr.xj.et de proximis sacro.scrinio.l.in sacris.circa princip.libro.xj.et in.c.statutum.de rescriptis.lib.vj.vbi fit mentio de salario notariorum.et in Specu.de salar.

2 Notarius vel alius qui tenetur mihi edere ad probandũ intentionem meam contra te.licet non ediderit si tamen poteram probare aliter vt per testes vel instrumenta nõ tenet mihi ad interesse.licet malefecerit et deliquerit et quare.

3 Quid si probaui per testes:sed iudex per iniuriam tulit contra me sententiam iniquam quod potero agere contra iudicem non notarium.

4 Sententia absolutoria qꝛ actor non probauit est diffinitiua et sic transit in rem iudicatam et impedit iterum agere.

5 Si volui aliquos inducere in testes qui sciebant veritatẽ et ipsi se absentauerunt studiose vt non redderent testimoniũ et propter hoc succubui hoc probato tenentur mihi ad interesse.

Si iurasset et se absentassent:possent puniri de falso qđ etiã cõmittitur occultando veritatem.

5 Interesse non probatur per iuramentũ contra illum qui originaliter non tenebitur iure actionis sed officio iudicis.

1 **Cum autem nuda.** ¶ †Contra non edentem datur actio ad interesse qꝛ licet non fuerit probatũ in primo iudicio põt probari in secundo. hoc dicit. Primo ponitur vnum dictũ vsq; ibi:sed an secundo opponit quod non possit procedere vsq; ibi:sed non.tertio soluit vsq; ibi sic enim.quarto probat solutionẽ per casum similem.

2 ¶ †Et no.in secũda parte quod licet notarius vel alius qui tenetur mihi edere ad probandum intentionem meam contra te non ediderit.si tamen poteram probare aliter vt per testes vel instrumenta non tenetur mihi notarius ad interesse licet male fecerit et deliquerit: quia non videor recipere damnum hoc ex suo delicto sed ex mea negligentia: quia potui et nolui.

3 †Et idem si probaui.sed iudex per iniuriam tulit cõtra me sententiam iniquam.nam possum agere contra iudicẽ et nõ contra notarium.tene menti.qꝛ prima facie videretur cõtrarium quod culpa mea vel delictum iudicis nõ excusaret dolum notarij:qꝛ eoipso est in dolo presumpto quod non edit cũ edere debeat.et sic videtur quod non possit mihi imputare culpam meam cum dolus eis prepõderet.cogita super hoc de ratione qꝛ regulariter secus.vt.l.item si obstetrix.ff.ad.l.aquil.in

4 fine. Allegatur etiã iste tex. pro casu† qđ sentẽtia absolutoria:quia actor non probauit est diffinitiua.et sic transit in rem iudicatam et impedit actorem iterum agere quod patet: qꝛ si posset iterum agere non ageret contra argentarium ad interesse qꝛ non edidit tunc si vellet edere hodie.et sic posset consequi suam intentionem cuius contrarium hic patet.nam hodie non interest sua amplius sibi edi cũ succubuerit in causa et amplius agere non potest.et propter hoc tenet glo.qđ sit diffinitiua in aut.qui semel.C.quomodo et quando iudex.et patet in.l. imperatores.ff.de re iudi.et.C.eo.titu.l.sub spe.vbi nõ retractat talis sen

5 tentia propter instrumẽta de nouo reperta. †dicit etiam Ang. hic probari per istum tex.qꝛ si volui aliquos inducere in testes qui sciebant veritatem et ipsi se absentauerunt studiose vt non redderent testimonium et propter hoc succubui qđ hoc probato quod sciuerint veritatem et recusauerint testificari tenentur mihi ad interesse quinimo si iurassent et se absentassent possent puniri de falso quod non solum committitur dicendo falsum: sed occultando veritatem.l. presbyteri .C. de episcopis

6 et clericis.cum ibi no. ¶ †Ultimo dicit Ang.hic probari quod interesse non probatur per iuramentũ contra illum qui originaliter non tenebatur iure actionis:sed officio iudicis.nam vult iste text.quod contra argentarium debeat plene probare interesse:sed contra illum qui tenetur iure actionis si fuit in dolo prout hic fuit argentarius probaretur per solum iuramentum.vt.l. semper. §. interdicto. ff. quod vi aut clam. et.l. in actionibus.in fi.ff.de in litem iuran.et.l.si quando.C.vnde vi.cõtra illum vero qui non fuit in dolo indistincte requiritur plena probatio.quod dic vt nota.in.l.j.C.de sententijs.que pro eo quod interest.

¶ De pactis. Rubrica.

2 Uerbum ius naturale vbicunq; refertur ad actus qui non possunt conuenire nisi hominibus exponitur ius naturale.idest gentium.

Obseruatio fidei fuit de iuregentium primitiuo.

Huius edicti equitas. Iuriscõsultus primo cõmendat edictũ pretoris factũ sup hac materia cuius verba habent.ff.eo.l.iurisgentium.§.ait pretor.vsq; ibi pactũ aũt.Secundo ponit deriuationem verbi pa a ctum et etiã diffinitionem vsq; ibi cõuentionis.Tertio probat diffinitionẽ inquantũ ibi dicit in idẽ placitus et cõsensus vsq; ibi adeo.Quarto ex ipsa probatione infert ad vnũ vsq; ibi:sed conuentionem . Quinto et vltimo ponit triplicem diuisionem.

1 ¶ †No.ex prima parte quod dictio hic hec hoc est demonstra a tiua ad oculum[a] intellectus non solũ ad oculum corporis : qꝛ iurisconsultus commendat edictum cuius verba adhuc nõ posuerat:sed erat positurus vt in princip . glo.dic de hoc.vt.l.j.in principio.ff.de ope.no.nuntia.vbi glo.dicit quod quando iurisconsultus ita facit videtur prophetizare tamen hoc non est verum quod dic vt ibi per Bar.no. ¶ In glo.j.ibi.idest naturali ingenio est industria hominum introducta quod est ius gentium.et hoc est regulare vbicunq; hoc verbum ius naturale refertur ad actus qui non possunt conuenire nisi hominibus vt b

2 exponatur ius naturale.idest gentium. †Et aduerte quia obseruatio fidei fuit de iuregentium primitiuo quod fuit eoipso quod gentes esse ceperunt.et ideo naturalis obligatio que oritur ex illa equitate vt fides seruetur cadit in seruo:quia attento illo tempore conditio seruorum non erat annihilata : quia non cognita vt probatur in.c.ius naturale prima distinctione. non autem de iuregentium secũdario quo status seruorũ fuit annihilatus scꝫ postq; gentes creuerunt.quo iure fuerunt inducte seruitutes et bella:quia tunc non caderet naturalis obligatio in seruũ sicut nec dñium qđ fuit introductũ illo iure. qđ dic vt no.in.l.si id quod.ff.de condi.indebi. ¶ In glo.inter eos ibi parabolice loquitur.Tu dic cõtrarium qđ text.loquitur de his que hoĩes agunt inter se et in illis obseruatio fidei est preponẽda omnibus alijs . glo.vero loquitur de religione quam homo debet habere ad deũ.et in illa fatendũ est qđ preponitur omnibus alijs per rationem glo.

2 In pacto dicitur esse actus pacis et concordie.

3 Tactus palmarũ significat pacem et cõcordiam.et p quos actus remittantur inimicitie.

4 Promissio vel donatio facta absenti etiam in presentia testiũ vel etiam si sequatur ratificatio nõ valet nisi notarius recipiat nomine absentis. c

Quid in pacto vel pace facta absenti nullo pro eo recipiente.

5 Pactum seu mandatum de soluendo alteri quando possit reuocari.

Pactum autem a pactione.

1 Not.†in scda parte tria vocabula scꝫ pactionem pactum et pacem.et iurisconsul.videtur velle qđ pactio se habeat per prius et pactum per posterius a pactione et pax vltimo loco ab ipso pacto:sed scđm deriuationem grammatice quã ponit Isido. debet dici totum ecõuerso sm glo.dic qđ pactio significat actũ idest pactum prout est in fieri.pactum vero significat effectum prout est in facto esse vt patet hic in diffinitione pacti.et ideo qꝛ actio paciscendi pretendit effectũ ponitur hic pactio per prius et pactum tanq; effectus p posterius: quoniã ex pactione resultat pactũ.pax vero est pactũ spãle qđ fit sup discordia et inimicitijs.et ideo prius ponitur pactum tanq; genus et subijcit pax tanq; species.et hunc respectum habuit hic iurisconsultus quẽ etiam puto de mente glo.licet per alia verba loquatur.Et dominus Joannes de lignano in principio sui tractatus de pace ponit ista verba exponendo istum tex.cum glo.lꝫ alio respectu verbum pax se habeat in plus quã pactum quoniã pax dr b cõcordia animorũ et põt esse circa omne pactũ.vnde pax[b] potest dici etiã vbi nulla fuit inimicitia inter illos q ita concordant et amicant adinuicẽ:sed est dare pacẽ conuentionalẽ quĩ precedit inimicitia et hoc respectu se habet in minus quã pactum et hoc

2 modo assumitur hic.ideo ponitur vltimo loco. ¶ †Et not.hic in glo.j.qđ in pacto dicitur esse actus pacis et cõcordie.ideo dicit Bal.hic si dicit instrumentum qđ talis fecit pactum cum tali de iniuria sibi illata:licet non diceret pacem cẽseretur remissa iniuria et facta pax.et prodesset illud instrumentum ad releuationem pene si statutũ diceret qđ habenti pacem diminuat

3 certa pars pene. ¶ †No.etiã glo.in fi. qđ tactus palmarum significat pacẽ et concordiã ideo quis videret remisisse iniuriam c si tangeret manũ[c] inimico suo. Item per alios actus inimicitie censentur remisse:vt no.in.l.ipsius.C.fami.herci.et institu.de in

4 tur.§.fi. ¶ †Not.ex text.dum dicit duo pro glo. que est in.l.illud.C.de sacrosan.eccle.qđ si dicerẽ in presentia testium ego dono vel promitto titio centũ si titius nõ esset psens nec aliquis

a ¶ Ad oculũ.ad de tex.et ibi bar. in.l.nemo.ff.de here.insti.Bar. ĩ.l.meuius.ff.de leg.ij.et Barto.et et Alex.in.l.si stipulatus fuero. de ver.ob.Cur.

b ¶ Pax.de pace et eius effectu. vide Lu.ro.cõsi.vl.an aũt p pacẽ intelligant remissa dãna.vide p Alex.cõsi.clxvij.ij.li.et an p pacẽ intelligat remissa q̃litas aggrauãs delictũ:lꝫ de illa non sit facta mẽtio. vide p ro.cõsi.cccc lix.Jctus noĩatus.adde Alex. cõsi.xl.lib.iiij.

c ¶ Tãgeret manũ.adde glos.in c.j.de spõ.duo.et gl.ĩ.c.fundamẽta in verbo dextera.de elec.l.vj.qꝛ p tactum manuũ psumit dilectio. et adde qđ etiã p osculũ remittit iniuria . glo.in.c.pacẽ.in ver pbauerit.de cõse.di.iij.item censetur remissa p salutationẽ vt p host.i.c. olim. extra.đ iniurijs et dicit Bal. in.l. filio quẽ pr.ff.de lib.et post. qđ intellige pcedere nisi iniuriatus recepisset iniuriã ad animum. et lis sup ea fuerit cõtestata. ita do.Ant.de bu. et ibi moder.i.c. repellant.de accusa.Cur.

qui pro eo reciperet nō valeret donatio vel promissio que requirunt cōsensum duorū ꝛ hic nō est nisi vnus. ideo cautela est qđ notarius recipiat noīe absentis: alˢ etiā si absens hoc sciēs postea ratificaret non valeret qꝛ careret fundamēto. ꝛ videtur hoc verum etiam in pacto liberatorio facto absenti nullo pro eo recipiente. de quo no. in. l. idem in duobus. ſ. eo. ꝛ plene per Bar. in. l. non solum. §. si liberationis verba. de libe. lega. hec vera in pacto expresso: sed pactum tacitum bene pōt fieri absenti etiam nullo pro eo recipiente: vt. C. eo. ti. l. ij. ꝛ ibi not. Et ex predictis pꝫ an pax possit fieri absenti nullo pro eo recipiente. de quo vide per Bald. C. de libe. ꝛ eorum lib. l. ij. ꝛ adde. l. labeo. cum ibi no. ſ. de iureiur. ¶ Ultimo glo. que incipit dandū. que ponit opi. contrarias pro quarū concordia dic qđ si verbū promissiuum nō refertur ad alterū procedit prima opi. qđ nō dicitur pactū vt si dicas mihi qđ titius promisit seio centū vel mihi. que promissio debet assumere originē in personā loquētis: alˢ est inanis: vt. l. ea que ciuiliter. ſ. de acqui. re. do. nec reconualesceret lꝫ mea inciperet interesse qđ ita fieret: qꝛ deficit in forma: vt no. in. l. stipulatio ista. §. si quis insulā. de verb. ob. sed si verba promissiua cōciperentur in psona nostra vt qꝛ promitteres mihi qđ titius dabit mihi centū vel qđ tu dabis titio vel qđ titius dabit seio tunc non est peccatū in forma. ideo pōt dici pactum sed peccatur in materia si mea non interest: alˢ secus. ꝛ ideo primo casu non oritur actio secundo sic: vt. d. §. si qs insulam. ꝛ si a prin. non interat ꝛ postea incipit mea interesse incipit pactū reassumere vires ad effectū agēdi ſm Guil. de cu. pro quo allego glo. ordinariā infra manda. l. si remunerādi. §. si tibi mādauero. ꝛ. l. cū seruus. §. si seruꝰ exte. ſ. de lib. lega. vbi conualescit mandatum: qꝛ incepit postea interesse. ꝛ etiam glo. que est infra de seruitu. l. quoties. la. ſ. ꝛ vide qđ not. Cy. C. eo. ti. l. pacto successorum. ¶ Itē illud qđ dicit glo. circa fi. qđ si paciscor tecum qđ des titio centum vel talem rē ꝛ nō potes ei soluere non est pactum. nam si debebas mihi illa centum vel illam rem paciscendo vel stipulando tecum qđ illam soluas titio videor mādare qđ soluas vnde potes soluere nisi reuocem mandatum expresse vel tacite ꝛ liberaris. text. est singularis in. l. cum cornelius. ſ. de solu. ꝛ ibi vide per Bar. sed si a principio quando te obligasti promisisses dare mihi aut titio non possem postea te inuito reuocare mandatū de soluendo titio. l. aliud. ꝛ. l. seq. ſ. de solu. qꝛ tali competit facultas soluendi ex natura ꝯctus primeui nō sic qñ rōne mandati postea subsecuti lꝫ mediante cōtractu postea facto: vt. d. l. si cū cornelius. sicut si esset simplex mandatum de soluendo.

¶ Eo probato. ꝛ ꝙ pactū de retrouendēdo possit probari p testes ꝛ etiā p coniecturas. Adde eundē Pau. de ca. in cōsi. cxliiij. in nouis inci. viso processu ꝛ attestationibus. ꝛ latissime. p do. Alex. cxxij. p totū. i. ij. vol. Cur.

2 Licet aliqui contractus contrahantur re aliqui verbis aliqui rei interuentu tamen in omnibus requiritur consensus in substantia.

3 Ex stipulatione quod oriatur naturalis obligatio postꝙ inest consensus.

Cōuentionis verbum.

¶ † Ex tertia pte in. §. conuentionis. no. qđ hoc verbum conuentio in plus se habet quam verbum pactum. qꝛ comprehendit conuentionem corporum ꝛ conuentionem animorum: sed pactum animorū tantū. ꝛ ideo bene probatur hic diffinitio pacti: qꝛ in iure pactum dicitur consensus plurium in idem. ¶ † Item no. qđ licet aliqui contractus contrahantur re aliqui verbis aliqui rei interuentu nihilominus in omnibus requiritur consensus in substantia. ꝛ nisi adsit deficit contractus in substantia. nam ideo dicitur stipulatio contrahi verbis qđ sola verba sufficiunt. sed ideo qꝛ sine verbis esse non potest. Item mutuum commodatum ꝛ depositum non ideo dicuntur re cōtrahi qđ sola res sufficiat: sed qꝛ sine re nō cōtrahunt tñ etiā cū re cōsensus requiritur. facit. l. si ego. §. si cer. pe. in cōtractibus vero qui solo cōsensu cōtrahunt vt emptio ꝛ vēditio locatio ꝛ cōductio solus cōsensus sufficit sine verbis vel re. ¶ † Itē ex hoc tex. patet ex stipulatione oriri naturalem obligationem postꝙ inest cōsensus. ꝛ est casus in. l. si fideiussor. ſ. de condi. inde. lꝫ quidam contrariū dixerunt: sed male vt in glo. que incipit. no.

2 Pactorum quedam fiunt inter presentes quedam inter absentes per nuntium vel epistolam.

3 Pactorum quedam sunt expressa vel quedam tacita.

4 Dicta in tractatu ꝛ in prefationibus intelliguntur repetita in his que postea incontinenti aguntur.

5 Stipulatio quod sit contractus nominatus: ꝛ quis effectus resultet.

Sed conuentionum.

¶ † In hac vltima parte no. triplicem distinctionem pactorum qꝛ quedam sunt pacta habentia speciale nomen de quibus ponit hic exemplum ꝛ. ſ. eo. l. iurisgentium. quedam que non habent speciale nomen vt sunt contractus innominati de quibus. ſ. de prescrip. ver. per totū. ꝛ prima pacta seu conuentiones sunt maioris efficacie: qꝛ producunt actionem statim qđ sunt alia pacta non nisi secuto implemento ex vna parte. ꝛ tunc oritur actio implenti non ei qui non impleuit. ¶ † Secunda diuisio est qđ quedam fiunt inter presentes quedā inter absentes. aduerte tamē tūc qđ requirit nuntius vel epła alˢ non cōtraheretur nullo pro illo recipiente vt dixi in prin. l. ꝛ de hoc vide bonā gl. in. l. ꝯsensu. ſ. de actio. ꝛ oblig. Tertia diuisio est qđ pactorum quedam sunt expressa que fiunt consensu expresso vel specificato verbis: quedam tacita que fiunt consensu specificato: sed qui colligitur rebus ipsis ꝛ factis ꝛ de hoc ponit primo vnum exemplum. si creditor restituat debitori suo instrumentū debiti. nam videbitur sibi facere pactum de non petendo ꝛ remittere debitum: licet hoc non dixerit expresse non sic quando restituit pignus. ꝛ hoc dicit. in. l. seq. cum sequenti. Itē postea in. l. item qꝛ ponit tria alia exempla. Primum de cōditione domus qꝛ inuecta ꝛ illata cēsentur tacite obligata pro pensione: lꝫ hoc nō dixerit expresse. Itez in tacita cōditione qꝛ si fiat promissio ex causa dotis censetur inesse tacita cōditio si matrimonium cōtrahatur: lꝫ nō fuerit specificata ꝛ nisi cōtrahatur euanescit stipula. ideo si agak ante contractum matrimoniū male. i. nulliter agitur. ¶ † Tertiū exemplum est de tacita repetitione. qꝛ ea de quibus fuit actū in tractatu vt opposita videantur in stipulationem lꝫ postea nō fuerint expresse apposita tñ censentur tacite repetita vt si petijsti a me centū mutuo promittēdo etiā vsuras hoc acto tñ qđ nō possim te astringere ad restituendum donec mihi soluas vsuras si postea confecimus instrm̄ de mutuo ꝛ de promissione de restituendo simpliciter ꝛ non fuit facta mentio de eo qđ per prius fuit inter nos tractatū. si tamen potest probare non possum te compellere perinde ac si illud pactum fuisset expresse appositū ꝛ sic tacitum habetur pro expresso. ꝛ ad hoc allegatur iste tex. ꝛ etiam qđ dicta in prefationibus tacite intelliguntur repetita. l. titia. §. idem respondit. ſ. de verb. ob. qđ est verū in his q postea incontinenti aguntur secus si ex interuallo vt. l. per retentionem cum ibi no. C. de vsur. ꝛ his diebus habui cōsulere ꝛ allegaui istū tex. cū in tractatu emptor promiserat restituere pro eodem pretio. ꝛ tñ in instrumento vēditionis de hoc pacto nulla erat facta mentio ꝙ nihilominus eo probato[a] tenetur restituere. casus est hic in. d. §. idē rñdit. ¶ † In tex. ibi vel in stipulatione. hic est casus qđ stipulatio est contractus nominatus ꝛ ad hoc allegatur iste tex. ꝛ hoc est magni effectus qꝛ cōiter cū de contractibus conficiantur instrumenta ꝛ notarij in eis semper apponunt stipulationem ꝙ partes sibi inuicem per stipulationem oīa supradicta promiserunt sibi ad inuicem obseruare. raro vel nunꝙ per instrumentuꝫ poterit probari cōtractus innominatus qꝛ licet de sui natura esset innominatus transit tamen in stipulatione que est contractus nominatus. ꝛ ita no. Bar. in. l. ij. in fi. C. de condi. ob cau. ꝛ eo. ti. in. l. fi. ꝛ ex hoc sequitur si conuenimus de permutando librum tuū cum meo ꝛ permutatio de se est cōtractus innominatus si cōfectuꝫ est instrumentum de hac conuentione possum agere ex stipulatione vt impleas cōtractum. posito etiam qđ ex parte mea non impleuerim dummodo offeram me impleturum vt. l. iul. §. offerri de actio. emp. secus si nō esset cōfectum instrumentū qꝛ nō sufficeret oblatio cum possis penitere re integra vt in. d. l. ij. de cōdi. ob cau. ꝛ. l. si pecuniam. sed non sic licet penitere in cōtractu innominato vt no. in. d. l. fi. ideo sufficit oblatio. vbi autē impleuissem tradendo librum meū tunc bene possem agere etiā instrumento nō cōfecto nec interueniente stipulatione vt. ſ. eo. l. iurisgen. §. ſ. ꝛ vide circo hec omnino qđ no. Cy. C. eo. ti. l. i. in vl. col. ꝛ. C. de trans. l. sine apud acta. in quinta oppositione in additionibus qui vult qđ qñ interuenit stipulatio super contractu innominato sufficiat implere eatenus quatenus impleri pōt licet non possit perfecte impleri ad hoc vt cōpetat actio. sed si non interueniret stipulatio nō posset agi si perfecte non esset impletus licet nec impleri possit de sui natura vt si promisit nō petere qꝛ lꝫ nō petat hodie potest petere cras. vt. d. l. ſ. cū ibi no. in glo. magna circa finem.

2 Ex particularibus nihil infertur.

3 Instrumentū restitutum si posset cōtinere aliquā aliā vtilitatē non videretur creditor fecisse pactum de non petendo.

4 Si habeam duo instrumēta de eodē debito an restitutio vnius aliquid operetur.

Si sunt duo obligati insolidum ꝛ fieret restitutio vni qđ censeatur factum pactum vtriꝙ.

Pactum factum vni ex reis debendi an prosit alij.

5 Si penes debitorem reperitur instrumentum debiti cancellatum: vel non cancellatum sed non apparet quod creditor ipsum sibi tradiderit an sit fundata intentio debitoris asserentis se

rentis se liberatum.

6 Quod quicquid reperitur in scriptura que est penes me presumatur factum de voluntate mea ⁊ quando procedat.

1 **Labeo ait conuenire.** †In.l.labeo ibi vbi re.i.tacito consensu qui colligitur rebus ⁊ factis.⁊ sic tangitur hic tertia diuisio. ⁊ ad hoc etiam tendit ver.sed etiam tacite.vbi iurisconsultus rediit ad id qd dixit hic re.⁊ etiam ordinate loquitur prout glo.vult simile.j.pro socio.l.iiij.in prin.vbi dicit societatem coiri re ⁊ etiã verbo.i.consensu declarato re vel verbis. ¶ In tex.ibi inter absentes. hic tangit scdam diuisionẽ. ⁊ ad istũ casum referas qd.s.dixit vel epistolã vel per nuntium.tunc enim requirit epistola vel nuntius qñ inter absentes cõtrahit nec est aliquis qui pro absente recipiat:als non diceret Ibi inter absentes pot etiã inter presentes celebrari contractus mediãte epla:vt.j.de consti.pec.l.titius.

2 qd dic vt ibi per Bar. ¶ †Ultimo no. glo.j. que incipit non est bona rõ qd ex particularibus nihil infert.nã nõ sequit titius currit:sempronius currit.⁊ sic de aliis.ergo tu curris qr fit ar. a particularibus.sed bñ sequit ois hõ currit.tu es hõ: ergo tu curris:qr es homo.⁊ hoc voluit ista glo.vnde ponit qd dilatio quam facit hic iuriscõ.nõ sit bona.qr nõ sequitur cõuentiones possunt fieri tacito cõsensu.ergo restituendo instrm debitori videor sibi fecisse pactum de non petendo.sed responde vt in glo.

3 ¶ †Item no.aliã glo.que est in.l.postq̃.j.in rõne diuersitatis quam facit inter pignus ⁊ instrumentũ ex qua sequit q si restituto instro posset cõtinere aliquam aliã vtilitatem non videretur creditor fecisse pactum de non petendo sm Guil.de cu.vt si habeo instrumentum vẽditionis in quo mihi es obligatus ad pretium.⁊ qr mouetur tibi lis super re vendita vt possis te defendere trado tibi instrm.nã non videor remittere pretiũ sm

4 eum. ¶ †Itẽ no.sm eundem q si haberem duo instrumẽta de eodem debito ⁊ restitutã vnum adhuc haberet locũ qd hic dicitur per.l.si.j.de his que in testa.delen. qd not.ibi tñ loquit qñ fieret cancellatio.Item si essent duo obligati insolidu ⁊ fieret restitutio vni censeretur factũ pactum vtriq.vel dic de hoc vt no.in.l.si vnus.in prin.s.eo.an pactum factũ vni ex reis debẽ

5 di prosit alii. ¶ †No.etiam glo.que melius examinat vnũ articulum q̃ alibi in aliqua parte iuris si penes debitorem reperitur instrumentũ debiti cancellatũ vel nõ cancellatũ:non tamẽ apparet qd creditor ipsum sibi tradiderit vtrum sit fundata in

a tentio debitoris asserentis se liberatum[a] in quo videtur hic q si dicit se liberatum pacto nõ est fundata:qr iste tex.requirit q creditor tradiderit ⁊ in hoc habet fundare suam intentionem. Si enim dicat sibi traditum ⁊ per hoc fuisse tacitum pactum voce habet probare id quod asserit:vt.l.iij.de proba. sed si asserit se liberatum solutione vel etiam pacto expresso. ⁊ ad probationem huius inducat hanc presumptionem q penes eum reperitur instrumentum ⁊ non verisimile si esset obligatus qd hoc esset.tunc distingue tres casus.nam aut est presumptio contra debitorem:quia erat persona domestica ⁊ potuit subtraxisse.⁊ tunc non est fundata eius intẽtio.ar.in.l.j.C.de lati.li.tol.quam allegat glo.aut est presumptio pro eo.quia non est persona domestica ⁊ homo fide dignus ⁊ longo tempore habuit penes se instrumentum quod quantum sit relinquitur iudicis arbitrio ⁊ tunc ex his resultat presumptio pro eo:vt no.in Spec.de instru.edi.§.postq̃.ante si.⁊ ibi vide Ioã.an. in addi.aut sumus in casu dubio.⁊ tunc videtur tenenda ista glo.q non sit eius intentio fundata.si autem penes ipsum creditorẽ reperiatur instrumentum cancellatum indistincte videtur presumendum quod de sui voluntate fuerit cancellatum per ea que no.Bald. C.de fide instru.super rub.in.xij.col.⁊ in.l.si vnus.C.de test.qui

6 dicit † q quicquid reperitur in scriptura que est penes me presumitur factum de voluntate mea:qd no.si tamen debitor esset persona domestica ⁊ que cousueuisset instrumenta mea tractare:tunc presumptio esset qd sine volũtate mea hoc fecisset.⁊ ita videtur esse de mente Guil.de cu.hic.⁊ vide Cy.in.l.si de possessione.C.de proba.

1 ☞ Quatuor requisita vt inuecta ⁊ illata per conductorẽ sint tacite obligata.

2 Qualiter bona etiam immobilia minoris recipientis dotẽ tacite.obligentur lz non interuenerit decretũ iudicis cũ tantum in expressa obligatione requiratur.

3 Mutus potest pacisci tam tacite quam expresse non verbis sed signis.

Mutus non potest iurare.

Qualiter concipiatur instrumentũ de contractu celebrato per mutum.remis.

4 Promissio facta pro dote noĩe dotis habet in se tacitam cõditionem si matrimonium contrahatur.

Quid si fieret legatum a tertio pro dote.

5 Ante conditionis euentum nullo modo potest agi.

Quid si maritus hz instrumentum q ex forma statuti hz executionem paratã.⁊ cõtra qd nulla exceptio pot opponi. ⁊ matrimonium non fuit secutum.

6 Potest fieri pactum vt creditor non petat sortem quousq debitor soluat vsuras.

Si actum sit qd sors nunq̃ petatur.an illud quod pro ea soluitur annuatim sit vsura.

7 Creditor qñ paciscitur vt non possit agere vsq ad certum vel incertum interim contra ipsum non curret prescriptio.

An tunc currant vsure dicto tempore si de vsuris nihil fuerit dictum.

8 Quid si agitur qd debitor non possit soluere nisi ad beneplacitum creditoris quod tale pactum non valeat.

9 Si debitor denegat restituere offerens se paratũ semp soluere vsuras an tunc possit constrigi ad soluendum sortem.

Item qr conuentiones. Ex.l.item qr no. tres casus.primus de tacita cõuentione.secundus de tacita cõditione.tertius de tacita

1 repetitione. ¶ †Circa primu no.qd quatuor requiruntur ad

b hoc vt inuecta[b] ⁊ illata per conductorẽ sint tacite obligata quibus concurrentibus non solum pro pensione sed etiam pro deterioratione rei conducte obligata sunt: vt.l.ij.j. in qui. cau. pig.ta.cõtra. primum qd sit conductum predium vrbanum.⁊ dicitur vrbanum nõ solu illud quod habitatur per homines sed etiã stabulum vel horreum in quibus retinẽtur animalia vel frumenta:vt.l.iij.⁊.iiij.eo.ti.in rustico autẽ dic vt.l.certi iuris.C.loca. Secundo requiritur qd res sit ipsius conductoris. Tertio vt inferantur vt ibi perpetuo sint quousq durat locatio. Quarto requiritur q cõductor sit psona que possit expresse obligare:als non posset plus operari tacita obligatio q̃ expressa:vt.l.qui ad certum.j.loca.⁊ ista colliguntur ex glo.vnde tenet glo.q si pupillus conduxit domum cum autoritate tutoris:⁊ postea intulit res sine illius autoritate qd ille non sunt tacite obligate.⁊ istam glo.tenet Barto.indistincte.in contrariũ

2 videtur alia glo.in.l.si.C.de legi.tute.q † si minor recipit dote bona eius etiam immobilia tacite obligantur per.l.licet non interuenerit decretum iudicis cum tantum in expressa obligatione requiratur vt in toto ti.de rebus eorum:quia tacita obligatio inducitur per.l.vnde non indiget decreto iudicis si expressa sit per hominem.Guil.de cu.saluat vtrãq glo. quia ista loquitur quando ad obligationem tacita inducendam requiritur factum ipsius minoris:puta inuectio vel illatio quibus mediantibus lex obligat.ideo hoc casu qr minor est lex nõ obligat.contraria vero glo.quando nullum factũ requiritur circa res que tacite veniunt obligande qm eoipso q minor vxoris recipit dotem bona sua tacite obligantur sine aliquo facto suo interueniente super illis bonis Barto. reprehendit hanc distinctionem.in.l.si constante.s.sol.ma.per.l.lex que tutores j.de admi.tu.⁊ per.l.predia.C.de predi.mino.in quibus habetur q minor non potest constituere dotem vel donationem propter nuptias in rebus suis sine decreto iudicis ista iura nihil faciunt pro Bar.sm Ang.hic qr ibi loquitur in trãslatione dominij nos loquimur in tacita obligatione.Item loquunt quãdo principaliter minor disponeret super rebus suis.nos loquimur quando accessorie lex disponit.vnde Odof.tenuit etiã cõtra istam glo.qd ex quo contractus conditionis fuit cum autoritate tutoris celebratus quod succedit dispositio legalis in rebus suis inuectis ⁊ illatis.qui non dicitur ledi cum vtatur in

c re communi.⁊ ista est satis equa[c] opi.licet Ange.teneat distin

3 ctionem Guil. ¶ †No.etiam qd mutus potest pacisci tam tacite q̃ etiam expresse non verbis sed signis sm glo.quam no. nã expressum dicit si interuenerunt verba ab vna parte:lz ab alia non sed signa.hoc vult ista glo.quam perpetuo tene menti. nõ sic potest mutus iurare.qr in iuramento requiruntur verba vt no.Guil.de cu.⁊ Bar.in.l.qui iurasse.j.de iureiur.⁊ vide circa hunc articulum de muto qd no.Bar.in.l.mutũ.j.de acqui. here.qualiter concipiatur instrumentum de actu celebrato p mu

4 tum.in.l.j.in si.j.de verb.ob. ¶ †Ex secundo dicto in versi.huius rei no.qd promissio facta pro dote noĩe dotis hz in se tacitam cõditionem si matrimonium cõtrahatur qd intellige siue sit facta ab ipsa muliere presente siue ab alio pro ea vt.j.de iure do.l.tali facta stipulatione.⁊.l.talem stipulationem. quia non presumit tertius velle donare mulieri nisi matrimoniũ sequat ⁊ eo nõ secuto potest ipse repetere si dedisset vt.l.si ego.eo.ti.si fieret autem legatum a tertio pro dote an habeat in se conditionem:dic vt.l.titio centu.§.titio genero.j.de cõdi.⁊ demon.

5 ver.sed cum ante nuptias. ¶ †Itẽ no.qd ante cõditionis euen

a ¶ Liberatũ. an instrm debiti repertũ penes debitore faciat vt presumat liberatus.vide p ro.cõsi.ccccxlvj.⁊ hoc vide latissime p do.Alexã. vltra hic dicta p eum in consi.lix.col.pe.⁊ si. in.ij.vol.

b ¶ Inuecta. sed an idẽ sit in scdo cõductore vt eius bona sunt tacite hypotheca.dñs ro.singu.suis dicit q nõ per.l.si in.l.§.colonus. j.loca.⁊ an idem sit cũ locatio nõ est ĩ pecunia.vide p eundẽ sing. suis.f.vj. sequit opi.q idẽ sit.

c ¶ Satis equa. adde Ioã.an.in addi.Spe. in ti. de dona. ĩter vir. ⁊ vxo.§.si. v. qd si mulier. Bald. Ang. ⁊ ibi alex. de imo.in.l.si cõstãte.in prin. infra sol.ma.⁊ bal. in.l.vnica.§. sed vt plenius.C.de rei vxo.acti. ⁊ in l.si.C.de leg. tute.⁊ ibi dicit hãc esse cõem sententiam.Cur.

tum nullo mõ põt agi: vt hic in tex. ⁊ in glo. que exponit male petitur. i. nullo modo petit ad hoc. j. de edil. edi. l. bonẽ. §. sub conditione. Sed quid si maritus hz instrumentũ qd ex forma statuti hz executionẽ paratum ⁊ cõtra ꝙ nulla exceptio potest opponi. dicit Ang. hic fuisse determinatũ per istũ tex. cũ similibus ꝙ nihilominus poterit opponi hec exceptio ꝙ matrimonium nõ fuit secutum sicut si ista conditio fuisset specificata in instrumento: qꝛ qd tacite agitur inter partes habetur ꝓ specificato: vt in fine. istius. l. constat autẽ ꝙ talia instrumenta ad hoc vt possint executioni mandari debẽt esse liquida.[a] ar. in. l. fi. C. de deposi. ⁊ si sunt conditionalia nõ dicunť liquida nisi liquidentur ex conditionis euẽtu. ¶ †Ex vltimo casu no. qd potest fieri pactum vt creditor nõ petat sortẽ quousqz debitor soluat vsuras. si ergo semper solueret nũꝙ posset peti nihilominus id quod soluit est vsura vt hic ptz vnde audiui Bald. allegare istum tex. qd licet actum sit ꝙ sors nunꝙ petatur hoc non facit propterea qd illud qd recipit annuatim non sit vsura: vt si aliquis poneret penes montẽ vel imprestitam. ⁊ sic nunꝙ posset repetere capitale posset tamen ipsum vendere ⁊ isto contractu multum vtunť mulieres vidue florentine qꝛ tradunt qd habẽt alicui monasterio cũ hoc qd debeant ipsas perpetuo gubernare ⁊ post earũ mortẽ illa pecunia remaneat apud monasteriũ an sit vsura.[b] cõiter dicimus qd si erat ꝓsumptio vt deberet tñ viuere ꝙ alimenta ascenderent ad sortem vel vltra tunc fit vsura als non. ar. C. de vsuris. l. si ea pactione. qd no. Inno. in. c. in ciuitate. ⁊ extra. de vsu. ¶ †Sed quero qñ creditor paciscit vt non possit agere vsqz ad certum tempus vel incertum an interim contra ipsum currat prescriptio. dic qd nõ cũ impediatur agere de iure preter pactum. de hoc per Cy. in. l. quoties. C. de preci. impe. offe. Item an tũc currant vsure dicto tempore si de vsuris nihil fuit dictum. responde aut veniebãt ex mora ⁊ non currunt: vt. l. lecta ver. sed cum sortis. j. si cer. peta. aut nõ ex forma sed ratiõe stipulationis iuxta id quod habetur in fi. illius l. lecta. ⁊ tunc currunt. l. non solum. la. ij. §. j. in text. ⁊ glo. j. de liber. lega. ¶ Ultimo quero quid econuerso si agitur inter creditorem ⁊ debitorem qd debitor non possit soluere nisi ad beneplacitum[c] creditoris. istum casum habui de facto istis diebus: quia quidam mutuauit certam quantitatem frumenti ⁊ in instrumento continebatur qd non posset ipsum restituere nisi ad beneplacitum mutuantis: debitor volebat se exonerare ⁊ non habere semper custodire. consului qd hoc pactum non valebat quia contra publicam vtilitatem que suadet vt vnusquisqz ab hac seruitute debiti possit se liberare. ⁊ allegaui glo. ordinariaz que videtur hoc decidere in. l. fi. C. de pac. pigno. quid autem si debitor denegat restituere offerens se paratum semper soluere vsuras an possit constringi ad soluendum sortem. hoc nõ obstante habes tex. C. de iure dot. l. fi. in fi. qd sic. sequitur. l. conuentionum.

1. Qui confirmat nõ disponit nec dat sed datum roborat.
2. Pax an possit dici nisi inter vnam remp. ⁊ alteram.
3. Pupillus vel minor sine tutore vel curatore an possit facere pacem de morte patris ⁊ qd faciendo non videantur hereditatem adire sicut nec faciendo vindictam.
4. Treuga non dicitur proprie pax quia fit ad tempus ⁊ pax in perpetuum.
5. Treuga vel pax non possunt fieri a capitaneis modernis sine voluntate illorum quorum nomine gerunt.
6. Qui gerunt belluz proprio nomine vt aliqñ cõitas vel dñs cũ faciunt pacem possunt facere remissionem de dãnis ⁊ iniurijs datis suis subditis etiam sine consensu subditorum.

Conuentionum autem.

¶ †Nota hic de triplici conuentione: quia quedam est publica ⁊ de hac habetur in ista. l. fi. in fi. quedam priuata de iure ciuili que dicitur legitima. ⁊ de hac in. l. sequen. quedam priuata de iuregentium. ⁊ de hac in. l. iurisgentium. ¶ In tex. ibi: aut legitima aut iurisgentium ex hac alternatiua que ponitur inter diuersa datur intelligi qd illa conuentio que est legitima de iure ciuili non sit de iuregentium cum ponatur tanꝙ species diuersa ⁊ est verum in se. nam regulariter omnes conuentiones ⁊ contractus de iuregentium sunt. fallit in quibusdam que sunt de iure ciuili. addo qd sunt iurisgentium vt habetur in. l. ex hoc iure. in fi. cum glo. s. de iusti. ⁊ iur. ⁊ que sunt ille numerantur ibi in glo. ⁊ etiam in. l. seq. in princi. glo. mag. ⁊ istud est qd facit dubium in. l. seq. qꝛ si legitima conuentio non est de iuregentium sed ciuili. tex. in. l. seq. que prosequitur istam speciem dum dicit qd legitima cõuentio est que lege aliqua confirmatur: †qꝛ qui confirmat nõ disponit nec dat sed datum roborat: vt. l. ⁊ quia. s. de iurisd. om. iudi. ⁊ sic innuit ille tex. in ver. confirmatur. qd legitima conuentio fuit introducta de iuregentium. sed per. l. confirmatur. qd est contra istum tex. qui vult qd non sit de iuregentium introducta vt differat ab illa que est iurisgentium. Solu. fateor hoc ⁊ quod ibi dicitur cõfirmatur. expone. scz coipso qd per legem inducitur. ⁊ sic ista nõ est proprie confirmatio. nam ⁊ episcopus cum confert beneficium talis collatio habet vim electionis ⁊ confirmationis vt dicunt canoniste. ita inductio ⁊ confirmatio que fit per ius ciuile de illis conuentionibus. ¶ †Ultimo no. in fi. qꝛ hic videtur casus qd pax non possit dici nisi inter vnam rempublicam ⁊ alteram cum fiat super guerra preterita: qꝛ pax dicitur publica conuentio. ⁊ tamen videmus cõtrarium fieri: quia fit inter priuatos. dic ergo quod hic exemplificat publicam conuentionẽ quia fit interdum per pacem non autem intendit restringere significatum pacis quinetiam habeat locum inter priuatos. ⁊ an †pupillus vel minor sine tutore vel curatore possint facere pacem de morte patris. vide in Specu. de homi. §. j. in ver. illud. ⁊ an faciendo videantur hereditatem adire. dic quod non sicut nec faciendo vindictam: vt. j. de sepul. vio. l. quesitum. ⁊. l. sepulchri violati actio. in prin. ¶ †Ultimo hic videtur tex. cũ glo. quam refert Jo. an. in addi. Spe. in titu. de treug. ⁊ pace. ⁊ an treuga dicatur pax. ⁊ determinat quod sic. de primo videtur hic tex. cum glo. quia tex. loquitur hic de pace. ⁊ glo. exemplificat in treugis ⁊ inducijs verumtamen non placet[d] de proprietate verborum: quia pax est illa que fit vt perpetuo sit. treuga vero ad tempus. ideo qui haberet treugam cum inimicis non gauderet beneficio statuti loquentis de habente pacem vt diminuatur pena. †Et ita sentit Ange. hic bellum ⁊ pax nõ potest fieri per duces nisi habeant liberam administrationem vt est imperator. ita debet intelligi tex. sed treuge sic ẽm Bart. qui dicit capitaneum guerre posse facere treugas per istam glo. cum tex. vel dic melius ẽm Ange. quod isti capitanei belli moderni cum gerant bellum alieno nomine nec pacẽ nec treugam facere possunt sine voluntate illorum quorum nomine gerunt sicut nec procurator constitutus ad litigandum vel solutionem recipiendam posset transigere vel terminum facere sine speciali mandato: vt. l. mandato generali. infra de procur. ⁊ l. qui rome. §. callimachus. de verbo. obliga. secus in ducibus belli gerentibus bellum proprio nomine vt imperator rex vel princeps. ⁊ de illis debet intelligi iste tex. ⁊ si aliqua communitas faceret guerram ipsa communitas diceret dux belli quantum ad hoc. †Ultimo scias quod illi qui gerunt bellum proprio nomine vt aliquando communitas vel dominus cum faciunt pacem possunt facere remissionem de damnis ⁊ iniurijs[e] datis suis subditis etiam sine consensu subditorum ẽm Innocen. qui ita no. eleganter. in. c. in nostra. infra de iniur. ⁊ damno dato. licet alia iura ipsorum auferre non possunt regulariter: vt. l. quoties. j. de polli. cum ibi no. ⁊ in. l. antiochensium. j. de pri. credi.

1. Qualiter lex possit facere vt pactũ de sui natura nudum ⁊ non aptum actionem producere tñ producat. ⁊ si fiat ad eã tollendam lz de sui natura non possit eam tollere elidere tñ possit ⁊ possit lex facere qd eam tollat ipso iure.
2. Conuentio quando de sui natura est nuda sed per legem coadiuuatur ⁊ parit actionem quod adhuc possit dici legitima licet non fuerit a. l. inuenta. ⁊ qualiter dupliciter dicatur legitima ⁊ nu me. l.
3. Conuentiones a iure ciuili inducte semper ⁊ indistincte producunt actionem.
4. Per pactum de non petendo quando tollatur actio ipso iure.
5. Pactum de sui natura nudum qualiter iuuetur lege ciuili vt pariat actionem si fiat ad agendum.
6. Qualiter iuuetur. l. pretoria.
7. Qualiter iuuetur senatusconsulto.
8. Qualiter iuuetur vt tollatur actio ipso iure per legem ciuilem ⁊ qualiter iuuetur per. l. pretoriã. ⁊ qualiter senatusconsulto.
9. Creditor si liberauit mulierem vel filiũfami. per pactum a fideiussione vel mutuo. quod ipso iure liberentur ab omni obligatione ⁊ quod etiam tollatur actio ipso iure que ante pactum non erat cum pactum istud succedat cum dispositione senatusconsulti.

Legitima cõuentio.

†Lex ista tria continet. scilicet dictum: illationez: ⁊ illationis declarationem. secunda ibi. ⁊ ideo. tertia ibi. quoties. ⁊ prosequitur hic secundum membrum de quo in. l. precedenti de conuen. seruata ⁊ legitima idest que iure ciuili non de iuregentium. nam illa dicitur legitima que a lege inuenta vel inducta est: idest a iure positiuo non a iuregentium. ⁊ ita loquitur dictum qd exemplificať per gl. in quatuor obligationibus inuentis a iure positiuo cum regulariter cõuentiones omnes fuerint

---

a ¶ Liquida. adde de hoc ⁊ ibi habes practicaz liquidandi per Alex. de imo. in cõsi. xxv. ⁊ in ꝯsi. xcj. in. ij. vol. ⁊ in cõsi. xc. col. pe. in iij. vol. ⁊ per eundem Alex. i cõsi. cxix. in. j. vo. ⁊ in cõsi. cxxxvj. col. ij. ver. ꝑrerea. in v. vol. Cur.

b ¶ Usura. d hoc habeť p eundeȝ Pau. consi. cclxxxvj. in nouis. p Fede. ꝯs. cccij. p anch. ꝯsi. xxix. p ro. cõsi. ccccxxxiiij. Albe. de ros. in. l. iubemus. la grande. C. de sacrosan. ecc. Bal. ⁊ eundẽ Pau. d ca. in. l. de fidei cõ. C. de transac. Cu. ⁊ ful. ꝯsulnerunt in eorũ ꝯsi. qd inci. casus ꝓponitur talis ꝙ cõe. Frã. Cur.

c ¶ Ad beneplacitum. Adde qd habes hoc consiliuz in nouis cõsi. cxlv. incip. pactũ istud qd non liceat. Cur.

d ¶ Nõ placet. facit quod voluit Bal. in ti. de pace cõstã. c. j. §. vasalli. vbi dicit ꝙ sicut nõ accedẽs ad soluendũ propter guerrã excusať ita ꝓpter treugã refert qd singulariter ro. sin. suis fo. viij. ⁊ vide per Cal. de treuga et pace multa ibi.

e ¶ Suis subditis. adde vt per Signo. ꝯsi. cxxxij. ⁊ multa de pace facta inter priuatos. vide per eundẽ cõsi. lxx.

fuerint inuente a iuregentium. et dum tex. dicit confirmatur: debet exponi: scilz eoipso quod per legem inducitur per id qd dixi. in. l. precedenti. ex quo sequitur quod cum lex sit sufficiēs ad inducendum de nouo aliquam conuentionem τ ad dandū sibi robur τ effectum vt actionem pariat: τ similiter multomagis sufficiens est dare robur illi conuentioni inuente a iuregentium que tantum de se nec haberet robur nec effectum pa-
2 riendi actionem: qr esset conuentio nuda. † nam potest facere lex vt pactum de sui natura nudum τ nō aptum actionem producere nihilominus producat si fiat ad producēdum: et si fiat ad actionem tollendam: licet de sui natura non possit eam tollere: elidere tamen potest quia est nudum. vt. l. si vnus. §. pactus. ff. eo. τ potest facere lex quod eam tollat ipso iure. hoc au-
a tem contingit quando tale pactum: licet nudum a lege aliqua ciuili vel pretoria vel senatusconsulto roboratur et adiuuatur. h. d. ista. l. subtilis. et sic illatio que ponitur in versi. et ideo generalior est ꝙ sit primum dictum. l. quia primum dictum restringitur ad illas tantum conuentiones que fuerunt per legem seu ius positiuum inuente que sunt pauce: licet illatio nō solum illas comprehendit: imo etiam inuentas de iuregentiū sine tamen efficacia: quia de sui natura sunt nude. et hoc vult glos. mag. post principium ibi dum dicit. nam hic generalius procedit ꝙ huius. l. principium. et iste est vnus intellectus ad istam illationem. Alius est quod loquatur de inuentis a iuregentium cum robore et cum effectu vt sunt conuentiones vestite. et hunc intellectum ponit gloss. in versi. vel si vis intelligere ante finem. τ istum intellectum: ideo glos. posuit propter difficultatem in recipiendo exempla circa precedentem intellectum qualiter conuentio de sui natura nuda et non apta ad pariendum actionem vel ad ipsam tollendā ipso iure per approbationem τ coadiuuationem. i. vel senatusconsulti possit eam parere vel ipso iure tollere: super quo glo. multum laborauit τ plura exempla posuit: quorum quedā sunt bona quedam non: et quedā licet bona tamen inepta a glos. posita sunt ideo odio exemplorum glos. ponit secundum intellectum: qui tamen non placet propter dictionem interdum que significat quod regulariter nō nascebatur actio: sed si loqueretur de vestitis scdm propriam lecturam daretur actio: licet aliquando non vt etiam glo. dicit. τ sic illa dictio interdum non bene staret etiam: quia de vesti. loquitur. l. sequens. vnde non est credēdum quod iuriscon. de illis senserit. hic tene ergo precedetem
3 et illo casu: † quando cōuentio de sui natura est nuda: sed per l. coadiuuatur. et parit actionem adhuc potest dici legitima: licet non fuerit a lege inuenta. et ista est intentio istius. l. et sic dupliciter dicitur legitima: scilicet inuenta a iure positiuo nō a iuregentium. et de ista loquitur principium. Item inuenta a iuregentium: sed sine effectu et corroborata a iure positiuo dante sibi effectum: et in his consistit intellectus istius. l. difficilis. ¶ In tex. ibi. et ideo τ prosequere vt scriptum patet per
4 ordinem supra. ¶ † In tex. ibi. et ideo interdum: propter hāc dictionē gl. vult qd ista illatio sit gñalior ꝙ principiū legis: qr principiū loquitur de conuentionibus a iure ciuili inductis. vnde in illis non possit saluari hec dictio interdum que significat quod aliquando nascitur actio aliquando non. nam ex illo semper et indistincte nascitur: quia ius ciuile nō induceret conuentionem inutilem. ¶ In text. ibi ex pacto scilicet de sui natura nudo: vt quia non cadit in cōtractu nominatim: tamē quia coadiuuatur lege dicitur vestitum legis auxilio preter
5 sui naturam. ¶ † In tex. ibi actio. scilicet quando fit ad agendum et quod subijcitur vel tollitur supple quando fiat ad deliberandum vt pactum de non petendo per quod aliquando tollitur actio ipso iure quando iuuatur legis auxilio: regulariter autem nō tollitur actio nec ciuilis obligatio per tale pactum: licet tollatur naturalis sed eliduntur. quod dic. vt. ff. eo. l. si vnus. §. pactus. ¶ In text. ibi lege. supple ciuili vel pretoria. in hoc ergo stat difficultas istius. l. cum gloss. in reperiendo exempla qualiter pactum de sui natura nudum iuuatur lege ciuili vel pretoria et senatusconsulto vt pariat actionem si fiat ad agendum. Item qualiter iuuetur vt tollatur actio ipso iure quando fit ad deliberandum. et videtur in primo articulo qualiter iuuetur lege ciuili vt pariat actionem: pone exemplum per. l. ad exactionem. C. de do. promis. vbi ex pacto nudo fauore dotis oritur actio prescriptis verbis auxilio illius l. Exemplum autem quod ponit glos. de. l. vnica. C. de rei vxo. actio. non est bonum: quia ibi non oritur actio ex pacto nudo: sed ex stipulatione ficta que est conuentio vestita nec etiā exemplum. de. l. si quis argentum. C. de dona. et de. l. j. ff. de suffra. qr in illis non oritur actio ex pacto: sed ex legibus illis propter pactum vnde agitur in illis condictione ex lege non actione
6 prescriptis verbis. ¶ Qualiter autem iuuetur. l. pretoria. pone exemplū per. l. si tibi. §. de pignore. ff. eo. vbi solo pacto nudo constituitur ius hypothece: ex quo iure oritur hypothecaria actio que est realis et hoc iure pretorio: vt ibi dicitur. nec obstat si dicatur pignus est contractus nominatus: ergo etiaꝫ iure ciuili debet parere actionem. nam verum est quando est proprie pignus quod tunc dicitur quando incipit a traditione cum pignus dicatur a pugno. vt. l. si rem. §. proprie. ff. de pigno. sed conuentio quod res tua sit mihi obligata non dicitur pignus: sed pactū de pignore quod iure ciuili non parit actio-
7 nem. ¶ Qualiter autem iuuetur senatusconsulto. gl. ponit mirabile exemplum si fiat pactum inter heredem τ fideicommissarium vniuersalem: vt post restitutam hereditatem fideicōmissarius soluat debita hereditaria τ legata. nam etiam sine hoc pacto hoc disponit senatusconsultum trebellia. ideo hoc pactum dicitur iuuari senatuscon. quia fit super eo quod senatusconsultum disponit. vnde concurrit dispositio legis et hominis τ contra idem. ideo conuentio dicitur fortior. Glos. habuit bonum intellectum: sed inepte loquitur dum ponit quod interuenit inter heredem et fideicom. nam non potest parere actionē creditoribus et legatarijs. pone ergo quod inter creditores τ legatarios ex vna parte τ fideicom. ex altera. et tunc est exemplum notabile quod ex tali pacto: licet de se nudo oritur actio ciuilis prescriptis verbis: quia iuuatur senatuscon. quod est de iure ciuili. Sed cōtra quia hoc casu in ceteris similibus emanauit edictum pretoris. de consti. pec. qñ fit pactum super debito precedente vt ex eo oriatur actio. de consti. pec. ꝗ est pretoria. τ fuit necessaria. Sol. dicunt docto. quod si fiat pactum de cōstituta super debito precedente τ efficace: licet oriatur actio de constituta non tamen propter hoc fuit necessariū edictum pretoris quoniam poterat oriri etiā ciuilis actio auxilio legis que illud debitum faciebat ratum: sed si debitū nō erat efficax: puta naturale tantum tunc actio de constitu. fuit necessaria: quia lege ciuili non iuuatur pactum: tene menti. Nam in quodam examine vidi istum passum refricari. τ cum quererem a quodam doct. ego allegaui istam glo. τ ipse cōfes-
8 sus est quod hec erat glos. ordi. ¶ † Circa secundum articulū qualiter iuuetur vt tollatur actio ipso iure per legem ciuilem glo. ponit exemplum in acceptilatione: tamen addit qd acceptilatio non est pactum nudum cum non habeat solēnitatem verborum sicut stipulatio. Item qualiter iuuetur per legem a pretoriam. pone exemplum in actione iniuriarum τ alijs orientibus ex maleficio: quia tolluntur ipso iure per pactum τ hoc iure pretorio. vt. ff. eo. l. si tibi. §. quedā. τ in. l. si vnus. §. pactus. ver. sed si pactum conuentum. Item qualiter iuuetur senatuscōsul. gl. ponit in macedoniano τ velleiano. τ videtur velle qd mulier τ filiusfami. habeant exceptionem taciti pacti. gl. non bene loquitur: quia tex. vult quod tollatur actio ipso iure auxilio senatus: sed mulier τ filiusfa. licet sint tuti exceptione: tamen naturaliter τ ciuiliter sunt obligati: τ contra eos competit actio mero iure. vt. l. quia naturaliter. ff. ad macedo. τ. l. qui
9 exceptione. ff. de condi. † Pone ergo fm Bal. hic. in princi. qd creditor liberauit mulierem vel filium fa. per pactū a fideiussione vel mutuo: certe hoc pactum quia concurrit cum dispositione senatuscon. etiam eos liberat vt ipso iure liberetur ab omni obligatione τ etiam tollatur actio ipso iure quod ante pactum non erat: quod perpetuo: tene menti.

¶ Pactuz nudū. qñ pactū nudū pariat actionē. Vide Mat. no. suis. fo. xxv. p Ludo. ro. ꝯsi. xxx. τ ꝯsil. lxxvj. per Ange. lix. et lxxvj.

2 ¶ Ex contractu innominato do vt des vel do vt facias: ei q dedit contra non dantem vel non facientem datur actio prescriptis verbis que oritur ex isto contractu: τ datur etiam contra illum qui impleuit tamen imperfecte: quia implementum non durauit.
3 Quod sit dare actionem datiuam τ natiuam.
4 Quando subest causa ex qua potest oriri actio non recurritur ad actionem datiuam.
Ex contractu facio vt des contra illum qui dedit: sed non perfecte datur actio prescriptis verbis: sed contra eum qui nullo modo dedit datur actio de dolo.
5 Permutatio non est contractus nominatus τ quis dicaꝰ contractus nominatus.
6 Que differentia est inter contractus qui recontrahūtur: τ permutationem in qua etiam requiritur rei interuentus.
7 Donatio an sit contractus nominatus.
8 Ex stipulatione de permutando sufficit sola oblatio vt nō habeat locum penitentia.

Jurisgentiū cōuētiones.

1 † Conuētio iurisgentium nominata parit actionē secus si est innominata nisi vestimēto iuste cause vel coherentia cōtractus vestiatur. h. d. vsqꝫ ad. §. adeo. fm Bart. qui multum bene τ compendiose summat. Et primo loquitur

de conuentionibus oominatis vsq ibi: sed et si in aliam. Secūdo de innominatis: et hec secūda subdiuiditur: quia primo loquitur quando vestiuntur imp ̄lemento iuste cause vsq ibi: si ob maleficium: et non dicit eas vestiri implemento cause iniuste vsq ibi: sed cū nulla. Tertio dicit quod si nulla subest causa iusta vel iniusta tales conuentionales innominate non pariunt actionem: quia sunt nude et ex nudo pacto non oritur actio si fit ad agendum: sed si fieret ad liberādum bene oritur exceptio vsq ad. §. quinimo. ibi autem dicit tales conuentiones nudas de sua natura si apponantur iuxta contractum bonefidei qui de se est vestitus actione ex illo contractu informāt supple etiam de se actionem pariunt prescriptis verbis: et sic vestiuntur coherentia contractus dummodo incontinenti nō ex interuallo apponantur. In prima parte ibi quedam actiones pariūt quedam exceptiones. dic quasi dicat quedam sunt vestite que si fiant ad agendum pariunt actionem: quedā sunt nude que si fiant ad agendum non pariunt actionem: sed si fiant ad liberandum pariunt exceptionem: et sic habent aliquam efficaciam in liberando quam non habent in agendo: quia fauorabilior est liberatio q actio. vt. l. arrianus. de acti. et obligatio. ¶ † In tex. ibi que pariunt actionem in solo nomine non stant: sed regulantur. nam interdum pariunt etiam si in suo nomine generali stant. vt. ff. proximo. §. quando vestiūtur vestimento iuste cause: scilicet rei interuentu: vel etiam coherentia contractus. vt. ff. §. quinimo. vel. l. auxilio. vt. l. precedenti. ¶ In. §. sed et si in alium contractum collige quod ex contractu innominato do vt des vel do vt facias ei qui dedit contra non dantem vel non facientem datur actio prescriptis verbis que oritur ex isto contractu tanq iusto rei interuentu et sic implemento iuste cause et hoc vsq ibi. et ideo similiter datur contra illum qui impleuit tamen imperfecte: quia implementum non durauit. vt in ver. et ideo puto. ¶ † In quo etiā not. alia duo vel tria. primo quod est dare actionem datiuam et natiuam: nec est tex. in mūdo qui melius probet: licet vt audio do. Rapha. Fulgo. dixerit oppositum quod non reperitur text. qui ponit hanc distinctionem: et ideo dicebat omnes actiones natiuas. quod est contra istum text. expresse. ¶ † Itē not. aliud ad quod semper allegatur quod quando subest causa ex qua potest oriri actio non recurritur ad actionem datiuam. Item est hic casus quod ex contractu facio vt des contra illum qui dedit: sed non perfecte datur actio prescriptis verbis similiter. ff. de prescri. verbis. l. naturalis. §. sed si dedi tibi seruum. sed contra illum qui nullo modo dedit non dat actio prescriptis verbis. sed de dolo. vt in ea. l. §. quid si facta. quod dic vt ibi dixi. et dum tex. dicit hic ciuilem obligationem supple: scilicet et actionem et sic obligationem cum effectu: et ista dicitur prescriptis verbis que oritur ex contractu nominato. ¶ † In glos. mag. ibi. C. de re. permuta. super rubrica. ibi ponit melius veritatem. nam ideo permutatio non est cōtractus nominatus: quia hoc nomen est generale et conuenit cuilibet contractui. nam et emptio et venditio dicitur permutatio: quia permutatur res cum pecunia: similiter et locatio et conductio. et propter generale nomen redditur contractus nominatus: vt patet in prin. istius. l. ibi suo nomine sed generalis vt ibi exponit glos. requiritur enim speciale nomen tale quod non conueniat aliis cōtractibus ad hoc vt dicatur nominatus. † Sed que differentia est inter contractus qui re contrahunt: et permutationem in qua etiam requiritur rei interuentus glo. hic videtur velle quod illi qui re contrahuntur non dicunt perfecti quousq res interuenerit non enim dicitur commodatum depositum vel mutuum nisi postq res interuenerit sed permutatio dicitur etiam anteq res interuenerit: scz ipsa conuētio de permutando et secuto postea implemento. oritur actio ex cōuentione nō ex implemēto. Breuiter hoc nō placet: quia cōuentio de permutādo nō dicit permutatio. vt patet ex. l. placito. C. de re. permuta. propterea pone quod non processit conuentio: sed incepit a traditione: certe actio non orit nisi ex implemento: et sic cessat theorica glos. Dic ergo quod in contractibus qui re contrahuntur contrahit obligatio ad illud idē quod traditum fuit: vel ad tantūdem in genere quod facilius fit: sed in permutatione non contrahitur ad illud idem: sed ad aliud. et ideo ista dicuntur diuersa. Nam primi contractus dicuntur vestiri re. contractus autem innominati in quib9 obligatio contrahitur ad aliquid dicuntur vestiri interuentu rei: et oritur actio ex interuentu rei non ex conuentione precedente cum possit esse qd nulla precedat. ¶ In glo. ibi hodie vero nominatus. † Tu dic qd donatio et olim et hodie erat et est cōtractus nominatus: quoniam habet speciale nomē quod alteri non conuenit. Item si olim fuisset innominatus[a] habuisset locum presentia in eo cuius contrarium erat etiam olim: vt. l. aristo. ff. de dona. Et si dicatur si olim nominatus quare non oriebatur actio ex nudo pacto donationi. Respondeo quia donatio dicitur doni datio. vt. l. senatus. §. j. ff. de donatio. cau. mor. et datio est dominij translatio: vnde proprie loquēdo nō dicitur donatio nisi cum peruenitur ad traditionem et dominij translationem: et sic non perficitur solo consensu: sicut nec contractus qui re contrahitur: sed contractus qui contrahuntur consensu statim dicuntur perfecti quod consensus interuenit: pactū[b] ergo de donando non dicitur donatio: et ideo olim erat nudum: quia non pariebat actionem: hodie operatur vt nascatur conditio ex. l. si quis argentum. de hoc articulo. vide in. l. fin. ff. de condi. ob cau. ¶ † In glos. ibi. cum his casibus liceat penitere. no. istam glo. pro eo quod dixi. s. eo. l. j. in fi. vbi omisi allegare istam glos. et supple eam per ea que ibi dixi. quia non habet locum quando interuenisset stipulatio de permutando: tunc enim sufficeret sola oblatio: quia contractus esset innominatus: et non haberet locum penitentia.

a ¶ Innominatus. adde q donatio ob cau. dr Zctus innoiat9 ita Alex. in 9sil. gl. col. pe. in fi. in iiij. volu. et idem Alexā. in consi. cxxv. co. iij. in. j. vol. et ibi q non dr ppie donatio nec statutu3 loquens de donationib9 h3 locū in ea. Cur.

b ¶ Pactū ergo. Adde qd facit i simili qd dicitur de pacto de vendēdo nō dr vēditio. gl. est in l. titius. ff. de pign. acti. et in l. i estimationib9. ff. de peti. heredi. pulchre ponit Are. in consil. xxviij. colū. ij. Cur.

Si ob maleficium.

3 An per penitentiam possit quis euadere penam. et vsq ad q̄n-tum tempus. et nu. 4.
4 Compromissum q soluatur indicio: vt si factum sit ante litem conte. soluatur contestatione et si post soluatur sentētia. et quid in arbitratore.
5 Per stipulationem penalem etiam postq est commissa nō no-uatur precedens conuentio liberatoria et quid de obligatoria.
6 Ueniens contra transactionem non potest se iuuare ex clausu-la rato manente pacto. et nu. 9.
Pace facta cum clausula rato manēte. si vnus postea offendat tunc alter prouocatus offendens non incidit in penam pacis rupte. et an incidat in alias penas legis vel statuti.
7 Actor quando venit contra transactionem potest etiam reus inuito actore transactionem rescindere et repetere data et quid econuerso.
8 Qui vult rescindere trāsactionem nullum commodum debet ex ea consequi.
9 An stipulatio committatur ad interesse si pluries fuerit con-tra factum.

Ui fidem licite transact.

1 †Clausula rato[a] manente pacto facit: vt possit op-a poni exceptio et etiam peti pena. hoc dicit. sed si non esset apposita reus deberet esse altero contentus. vt. l. rescriptū. §. si pacto. manente. s. titulo. j. et sic venit aduersatiue ad. l. pre-cedentem vbi non fuit apposita: vnde ibi non committitur pe-na cum effectu nisi rescindatur transactio quia actor egit et ob-tinuit. hic vero etiam si non rescindatur: vt qr succubuit et reus obtinuit apposita exceptione. ¶In gloss. ibi rem ratam, habe-ri. l. amplius non peti. pro declaratione istius glo. vidēda sunt 2 duo. ¶†Primo quando committatur pena si actor venit con-tra transactionem et hoc distinguendum est: aut promisit am-plius non petere et non committitur nisi post lit. contesta. vt di-cta. l. amplius. aut permisit non mouere cōtrouersiam vel que-stionem vel simpliciter non venire contra et ex his casibus p-sequere plene. vt ibi per Barto. ¶†Secundo est vidēdum an 3 per penitentiam possit quis euadere penam et vsq ad quan-tum tempus. Et est hic aduertēdum quod pena nondum erat commissa et ideo vsq ad lit. contest. tunc quando pena erat cō-missa: et tunc si queritur an liceat penitere et tunc clarum est q sic: vt si promiserat non petere et dederat libellum et fecerat reū citari nondum tamen lis erat contesta ta. potest enim libellum retrahere et non incidat in penam et hec est intentio hui9 glos. aut erat iam commissa. et tūc aut loquimur de pena legali que committitur propter male agere: et potest per penitentiam eui-tari vsq ad sententiam. vt. l. qui cum maior. §. accusasse. de bo. lib. et. C. de iurisdi. omnium iudicum. l. in criminali. cum ibi no-ta. s. de in ius vocan. l. Quis. aut loquimur de conuentionali. et tunc aut loquimur in actore qui pro male agere incidit in pe-nam non potest eam euadere per penitentiam: quia statim ius est acquisitum aduersario etiam si lis non erat contestata vt qr promiserat non mouere controuersiam: et sic dando libellum et faciendo citari dicitur mouisse controuersiam: quia ius acqui-situm aduersario ex contractu non potest ei auferre sine sua vo-luntate. vt. s. titu. j. l. fina. Aut loquimur in reo. et in hoc distin-gue. nam aut incidit in penam propter non facere: quia trans-actionem non seruauit. aut propter male facere. primo casu di-stinguendum aut transactio facta fuerat ante litem contestatā b et durat potestas purgandi moram et euitandi penam vsq ad lit. contest. super pena. vt. l. si insulam. de verbo. obliga. aut fue-rat facta post lit. contesta. et tunc potest purgari mora vsq ad sententiam. vt. l. siue apud acta. in fi. cum ibi not. in vlti. gloss. et l. si maior. la picola. C. eo. tit. nam sicut lit. contest. est terminus in his que eam precedunt ita et sententia in his que eam sequū-tur sm Petrum et alios doctores et per hoc dicit Bart. decla-rari qō habetur. j. de arbi. l. si quis rem. et. l. non distinguemus. 4 §. compromisso. in quibus dicitur †quod compromissum solui-tur iudicio quia si fuit factum ante lit. contesta. soluetur conte-statione si post soluetur sententia: et etiam vltra hoc videtur di-cere prout habetur in quibusdam lecturis quod ille leges que loquuntur in arbitro locum habent etiam in arbitratore scōm eum als dicit oppositū: et istam partem videtur tenere Ange. et dicit esse notandum. quia per alios non tāgitur. pro hac par-te allego textum quem ipsi non allegant. j. si cer. pet. l. pecuniā. vbi quando compromittitur in arbitratorem est quedam trās-actio et actio speratur tolli per sententiam arbitri. ideo si actor recurrit ad iudicium pendente compromisso potest repelli per exceptionem per illam. l. non sic in arbitrio iuris: quia ex lau-do ipsius nō oritur exceptio. vt. l. ij. j. de arbi. sicut nec actio. vt l. j. C. e. ergo nec ex pendentia compromissi sed multominus et b in hoc[b] articulo veritas est ista. videlicet quod aut aduersarius opponit exceptionem de pendentia compromissi in arbitrato-rem: et tunc quia repellitur actor: et sic iudicium nō procedit nō potest dici quod soluatur iudicium: et sic non habent locū ille

a ¶Clausula ra-to. De clausula rato manēte pa-cto. vide p Frāc. de are. cō. iiij. et per dn̄s Petrū philip. corneum in cōsilio. lj. in. j. volu. et in cōsilio. lx. in. ij. volumi.

b ¶Et in hoc arti-culo. Add. q idē tenet do. Alexā. de imol. cō. lxxi. col. pe. versi. non omitto. in. v. vo. et refert Pau. de Castr. hic. Cur.

leges. aut non opponit et tunc est idem quod supra dixi in arbitro. vt si erat factum ante lit. contesta. soluatur contestatione vt si post soluatur sententia: tene menti: quia ista non tanguntur per alios. si vero reus incidit in penam propter male facere tunc an possit moram purgare et penam euitare: distingue vt not. Barto. in. l. si insulam. quia aut tenebitur ad factum instantaneum: et non potest moram purgare per. l. j. §. si rem. j. depositi. aut ad factum successiuum et potest eam purgare duobus concurrentibus: scilicet quod ius actoris non sit effectum deterius idest quod non remaneat in damno facta purgatione et quod non transiuerat multum tempus quod iudicis arbitrio relinquitur. et hoc per. l. si in lege. §. colonus. infra locati.

5 ¶ † In gloss. not. hic quod si fiat nouatio. tu dic quod hic non potest fieri nouatio: quia per stipulationem penalem etiam postquam est cōmissa non nouatur precedens conuentio liberatoria. vt. l. rescriptum. §. si pacto. s. tit. j. secundum omnes. licet de obligatoria magna sit disceptatio. vt ibi dixi. ¶ In gloss. ibi sed quid si

6 hoc casu gloss. in hoc ver. vult tria in effectu. † Primo quod actor qui venit contra transactionem non possit se iuuare de clausula rato manente pacto: sed solum qui non venit contra quia cēsetur apposita in fauorem seruantis transactionem et cōtra nō seruantem et idem esset econuerso si reus non seruaret et actor sic. et ex hoc determinatur questio si duo faciūt inuicem pacem et promittant se inuicem non offendere cum clausula rato manente pacto si postea vnus offendit alterum: et sic incidit in penam pacis rupte postea offensus offendit offendentem quod ipse non incidit in penam pacis rupte quia primus offendens nō potest dicere quod pax adhuc durabat propter clausulam rato manente pacto: quia verum est quod durabat in fauorem offensi vt sic si iterum offenderetur iterum incideret in penam pacis rupte secundum ea que dicam in fine glo. sed nō durabat in fauorem offendentis: et sic non dicitur sibi rumpi pax postquam ipse semel ruperat et hoc quantum ad penam contractus. bene tamen incidit in penam legis vel statuti offensus reum offendēdo ad vindictam non ad defensam[a]. l. scientiam. §. qui cum aliter. j. ad. l. aquil. et de his omnibus plenissime no. in regula frustra in mercurialibus. in questione disputata ibi per Joan. an. in regu. iur. et in addi. Spec. super rubrica de treug. et pace. tangitur per Dyn. et Barto. in. l. cum pater. §. libertis. j. de lega. ij.

7 ¶ † Secundo vult hec glo. quod quando actor non seruat fidē reo quia venit contrā transactionem potest etiam reus inuito actore transactionem rescindere et repetere data. quid autem econuerso si reus non seruat fidem actori. an actor possit transactionem rescindere et redire ad actionem primam. hic distingue aut actio prima non erat ipso iure sublata et potest. et si excipiatur de transactione replicabitur de dolo: quia eam non seruauit. et iste est casus in. l. siue apud acta. C. eod. aut erat ipso iure sublata. et sic ad primam nō potest redire. ¶ Sed queritur an possit agere vt reus se reponat in pristinam obligationem: et tunc dicendū est regulariter quod sic. argu. in. l. si quis accepto. j. de condi. ob cau. fallit in tribus casibus. Primus qui habetur in. l. si pro fundo. C. eo. quando reus fecit ex parte sua quicquid potuit. licet illud non profuerit: quia rem quam debebat tradere tradidit. sed male quia fuit euicta: et sic nō transtulit dominium vt debebat. Secundo fallit in casu. l. cum mota. C. eo. quando actio erat talis que per conuētionem partium nō poterat reintegrari vt querela vel actio ex maleficio. vt. l. si vnus. §. pactus. ver. sed si pactum. s. titu. j. ¶ Tertio in casu. l. actione. quando poterat resuscitari tamen actor non perfecte impleuerat ex parte sua: quia solum promiserat factum negatiuum puta non petere: quia licet non petat hodie petet cras. his ergo casibus non agit vt reus se reponat in pristinam obligationem sed alio modo sibi succurritur contra eum non seruātem: vt ptz ex illis legibus. ¶ † Quarto et vltimo collige ex hac glo.

8 quod ille qui vult rescindere trāsactionem nullum commodū debet ex ea consequi. vnde si reus vult repetere propter hoc quia actor venit contra nō debet exceptionem opponere nec penam petere. sed ab vtroque abstinere. et ita colligitur ex forma questionis facta per glo. dum dicit velle stipulator penam omittere et etiam exceptionem et transactionem rescindere supple: et sic repetere data. et hoc verum etiam quando est apposita clausula rato manente pacto: quia sic loquitur gloss. quia sic isto casu nō prodest sibi illa clausula postquam transactionem rescindit vt possit ex ea commodum consequi. et nota omnia ista. ¶ † In glos.

9 ibi posset dici nō introduci pro eo tanquam fauor. vult dicere glo. quod ista clausula rato manente pacto nō fuit apposita solum ad commodum rei: quia tunc propter obseruantem fieret interpretatio contra eum iuxta. l. veteribus. s. titu. j. sed fuit apposita in fauorem seruantis transactionem: et sic tam rei quam actoris et contra non seruantem. vnde non habet locum. l. veteribus.

a ¶ Ad defensam Adde per Lud. romanum consilio. cclviij.

b ¶ Quod toties cōmittatur. Adde quot vicibus verificatur dicta clausula. dic quod quatuor vicibus vt per Bal. i. l. j. C. de his que pe. no. col. x. et per Alegā. de imol. in consilio. cclv. in. ij. volu. Frāc. Cur.

de qua gloss. vult opponere. ¶ In fi. glo. ibi. j. de arbi. l. si duo. §. fina. tu dic quod aut queritur an stipulatio pluries committatur ad interesse si pluries fuerit contra factum et est dicendū quod sic etiam si aliud non fuit dictum. vt. l. si conquerebatur. in di. solui. aut queritur an committatur ad penam promissam. et tunc dic quod semel tantum committitur nisi fuerit dictum quod toties committatur[b] quoties fuerit factum. vt. l. si duo. §. fi. et ita cōmuniter notarij apponunt in instrumentis secundum Jaco. but.

2 ¶ Cedens qui habet adhuc directas actiones potest eis vti agendo preterquam in tribus casibus.

3 Transactio facta cum debitore ignorante ab herede vendente quod preiudicet emptori hereditatis et fideicōmissario: et qualiter isti agant.

Venditor hereditatis.

1 † Debitor transigens cum illo qui habebat directas actiones etiā penitus inutiles liberatur ab eo qui habet vtiles et efficaces si probabiliter ignorabat vtiles in illum fuisse translatas. hoc dicit notabiliter. et hoc ne iusta ignorantia sua sibi noceat. C. de tabul. l. generali. libro decimo. quia transigendo aliquid dat vel facit: et idem dico. si solueret animo se liberādi eadem ratione: quia remanet in damno si non liberaretur ab illo: quid tamen in pacto gratuito sibi facto quo casu si non prodest non remanet in damno: licet non lucretur. dic vt dixi.

2 s. titu. j. l. si cum emptore. ¶ † In tex. ibi mandatis actionibus cessis sed etiam sine hoc translate erant vtiles in emptore. vt. l. ij. C. de actionibus et obligatio. et nihilominus emptor poterat venditorem compellere ad cedendum directas. vt. j. de here. vel acti. ven. l. antepe. in principio per quam cessionē trāsfertur exercitium directarum non ipse directe que ab ossibus euelli non possunt. vt. j. pro socio. l. iij. in princip. cum ibi no. in gloss. et. l. quis ergo casus. de peculio. non tamen adeo transfertur exercitium: quin etiam remaneat penes cedentem quo poterit vti agendo preterquam in tribus casibus positis in. l. iij. C. de noua. sed in casu sequenti quando heres restituit fideicommissario remanserunt apud eum directe sine exercitio autoritate senatusconsulti. vt. l. j. in princip. j. ad trebel. † et ideo in illo casu maior erat dubitatio vtrum transactio facta cum illo vel solutio prosit debitori contra fideicommissarium tamen adhuc idē dicitur quod prodest quia totum hoc reducitur ne ignorantia sibi noceat et ista ratio generalis est in eodem et vtroque casu.

3 ¶ In gloss. j. in fine. dic breuiter quod si sciuit aliquod de illis tribus modis qui ponuntur in. l. iij. C. de nouatio. non prodest sibi transactio vel solutio contra habentem directas quia sciebat vel scire debebat se non posse compelli ad transigendum vel soluendum per illum qui habebat directas: quia poterat obijcere quod transtulerat vtiles in alium: et quod ille iam sibi denuntiauerat quod non solueret et hoc in vtroque casu istius legis: aut sciebat aliter quam per illos modos: et tūc aut loquimur in vltimo casu huius. l. et idem quia sciebat vel scire debebat se non posse compelli ab herede postquam restituerat hereditatem cum apud ipsum remansissent directe penitus inutiles. aut loquimur in primo casu istius legis: et tunc aut venditor hereditatis vel cedens iam inceperat mouere sibi litem quod poterat postquam nullum de illis tribus interuenerat: et tunc excusatur iste debitor: quia non poterat huic agenti resistere: licet sciret in alium translatas vtiles postquam ille negligens erat: quia nec sibi denūtiauit nec litem contestatus est. vt dicta. l. iij. aut nondum litem mouerat: et tunc idem quod in primis casibus etiam si dicebat se moturum: quia poterant elusorie minefieri. vt. l. hec autem. in principio. j. si cui plusquam per legem falci. et sic videtur potius sponte transegisse vel soluisse quam ex aliqua necessitate. vnde excusatur postquam sciebat in illum translatas vtiles. debebat enim expectare quousque habens directas ipsum molestaret et prius sibi nō solueret nec transigeret: et non ta quia ista non tanguntur per alios et sunt ipsa veritas: et sic saluantur ambe opiniones tacite in hac gloss. ¶ In gloss. que incipit hec transactio ibi datur emptori vel fideicommissario actio. sed ad quid. Respondeo si debitor integraliter soluisset heredi. datur vt heres illud restituat quod receperit vt in legibus hic allegatis. sed si non soluit integraliter quia trāsegit et modicum soluit. tunc dabitur actio vt nō solum restituat id quod receperat sed etiam id quod non recepit et in quo illū debitorem liberauit cum contra illum agere non possit emptor vel fideicōmissarius vt in hac. l. et factū heredis non debet esse nociuum fideicōmissario vel emptori.

Finis secundi libri Digestorum.

Sequitur

¶ Sequitur liber Tertius.

¶ De postulando. Rubrica.

1 ☞ Judicium non fundatur in aduocatis sed in principalibus et in procuratoribus sed per aduocatos adiuuantur proponentes actiones et excipientes.

¶ Super gloss. rubrice dum dicit qui eas actiones proponat et excipiat. Contra istam glo. videtur tex. in c. pastoralis. extra de iudicijs vbi dicitur quod † litigantes debent proponere factum et actiones et exceptiones suas per semetipsos vel per procuratores. non autem per aduocatos. et ista glo. videtur dicere contrarium. Nam iudicium nō fundatur in aduocatis sed in principalibus et in procuratoribus. Breuiter intellige glos. sane dum dicit qui eas actiones proponat et excipiat. i. proponentes et excipientes adiuuet vt in cōtrario: et circa materiam huius ti. vide plenissime in spe. de aduo. vbi multa[a] et infinita dicit satis pulchra.

1 ☞ Quilibet regulariter admittitur ad postulandum seu officium aduocati faciendū: si non reperiatur prohibitus.

2 Pueri vsque ad decem et septem annos. et surdi. nec pro se: nec pro alijs postulare possunt.

3 Mulieres et ceci vtroque lumine. ac infames graui infamia pro se tantum postulare possunt non autem pro alio et qui possint etiam postulare pro alijs.

4 Debet quis tueri suam dignitatem suo ingenio.

5 In his que conceduntur de gratia speciali etiam quo ad deū fit differentia seu exceptio personarū sed in his que sunt de iustitia nō est facienda differentia. et nu. 6.

6 Officium aduocationis exercere dicitur qui coram iudice vadit et que verba vult exponit.

7 Statutum si vetat doctoribus legentibus ne exerceant aduocationis officium. poterunt tamen in camera consulere nō allegare et quid in consultore.

8 Delegatus iudex habet iurisditionē delegatā: et exercitiū ordinarie iurisditionis: sed notionem habet arbiter.

9 Pueritia potest dici vsque ad decimūseptimū annum cōpletū: sed regulariter puerilis etas dicitur vsque ad. xiiij. in masculo. et xij. in femina. postea dicuntur adulti. et quod in certis casibus diuersimode capiatur. remis. et nu. 11.

10 In legibus mere positiuis vel in his que sunt de iustitia positiua non potest semper reddi ratio: nisi qđ ita visum est legislatori. et sic sufficit pro ratione voluntas. et nu. 11.

11 Illiterati non possunt esse aduocati. sed in aliquibus partibus: vt Venetijs dicantur certi iuuenes aduocati; licet ignorent iura.

12 Enumeratio plurium etatum remis.

13 Non solum pars potest mulctari quando non obtemperat iudici: sed etiam aduocatus in causa.

14 Pater interdum datur cognosci per filium: quando filius est maioris virtutis et fame.

Non debet lex fieri ex qua posset resultare derisio.

15 Multa remanent facta ex postfacto que a principio non essent fienda.

16 Cecus remanet in officio et dignitate si cecitas superuenit post adeptum officium et dignitatem. sic et prelatus in prelatura: licet postea superueniat impedimentum.

17 Pyrrhus qui obsedit Romam. et propter magnitudinē animorum ipsorum romanorum quia noluerunt redimere eorū captiuos propter seuerissimam sententiam Appij ceci, recessit desperatus non potuit dominium vrbis habere.

18 Consilium quod acceptatur in publico vocatur sententia.

1 **Hunc titulum.** † Premittē quod iste titulus vel edictum pretoris de postulando est prohibitiuū: quia regulariter quilibet admittitur ad postulandum seu officium aduocati faciendum si non reperiatur prohibitus: ante vero quam fieret edictum pretoris idistincte quilibet admittebatur: sed quia erat hoc iniustum ne fieret exceptio personarum quia plus defertur vni quam alteri et etiam cōtra honorem pretoris qui ius reddebat Rome vt qui libet corā eo admitteretur ideo fecit edictum in quo prohibuit

2 aliquos postulare: in quo edicto fecit tres ordines. ¶ † Primus est de illis qui non possunt postulare nec pro se nec pro alijs: et in hoc duo tantum genera personarum comprehendebantur. videlicet pueri vsque ad decimumseptimum. item surdus ratio

3 nibus positis in tex. vsque ad. §. secundo loco. ¶ † Secundus ordo est de illis qui possunt postulare pro se tantum non autem pro aliquo alio: et in isto comprehendebantur tria genera personarum scilicet mulieres. item ceci vtroque lumine. item infames graui infamia qui nominantur in. §. remouet. et hoc vsque ad. §. ait pretor. ¶ Tertius ordo est de illis qui possunt postulare pro se et pro certis personis que enumerantur in. §. finali. et extra illas non possunt: et isti sunt alij non graui infamia: quia diuersis legibus reperiuntur prohibiti postulare propter infamiam. nam ille leges intelligūtur preterquam pro se et pro certis personis de quibus hic: licet in eis istud non dicatur et ista

4 pars durat vsque ad. l. puto. §. si quis. ¶ † Nota ex prima parte primo in principio dum dicit habēde rationis causa. quod est fienda differentia personarum et quod debet quis tueri suam dignitatem suo ingenio. glo. dicit hoc verum quo ad mūdum

5 non quo ad deum. docto. dicunt † quod imo in his que conceduntur de gratia speciali tam quo ad mundum quam quo ad deum: quia

b etiam quo ad deum plus meretur[b] vnus quam alter et maiorē gratiam habet vnus quam alter a deo. sed in his que sunt de iustitia non est fienda differentia iuxta illud. Ita magnum iudicabis vt paruum. nec erit apud te acceptio personarū. vt in. c. nouit.

6 de iudicijs. ¶ † Item nota in. §. postulare. quod ille dicitur exercere officium aduocationis qui coram iudice vadit et verba

7 exponit que vult. † si ergo statutum vetat doctoribus legentibus ne exerceant aduocationis officium cum magis vacent lecture. bene poterunt in camera consulere et etiam allegare dūmodo non vadant ad palatium. Certe de consulendo clarū est: sed de allegando secus: quia satis occupatur quotidie allegat in dubijs occurrentibus: non sic in consultore et sic cessat ratio

8 statuti. ¶ † Gloss. hic in verbo iurisditioni. dicit delegatum iudicem non habere iurisditionem sed notionem: sed non est verum imo habet iurisditionem delegatam et exercitium ordinarie iurisditionis: vt. l. prima. §. qui mandatam. de officio eius: sed notionem habet arbiter. vt notatur in. l. ait pretor. de re iu-

9 dicata. ¶ † Item nota in. §. initium. quod pueritia[c] potest di-

c ci vsque etiam ad decimumseptimū annum. sed regulariter vsque ad. xiiij. in masculo: et. xij. in femina postea non dicuntur pueri: sed adulti i certis alijs casibus diuersimode potest assumi hoc verbum. circa quod vide glossam. ff. de adoptionibus. l. arrogato. §. fina. et no. glos. magnam de diuersitate temporum. et vi-

10 de per Joannem and. in proemio sexti libri. ¶ † No. etiam dū dicit hanc etatem. ratio est quod in. ll. mere positiuis non potest reddi alia ratio nisi quod ita visum est legislatori. pone exemplum in temporibus diuersarum prescriptionum. nam nō

11 potest dari ratio quare magis de isto tēpore quam de illo. ¶ † Nota etiam gloss. que incipit tam in iure. quod illiterati possunt esse aduocati. doctores tenent contrarium quia debent examinari in iure cum debeant in iure allegare. vt. l. neminem. C. eo. ergo debent esse in iure periti. aliquando contingit istud quod dicit gloss. vt Venetijs vbi certi iuuenes dicuntur aduocati. licet ignorent iura. ¶ Item nota in. §. initium. quod pueritia dicitur vsque ad decimumseptimum annum completum. licet puerilis

12 lis etas dicatur vsque ad quartumdecimum annum. ¶ † Nota etiam in verbo natus text. cum gloss. que semper allegatur qđ in his que sunt de iustitia positiua non potest reddi semper ratio: nisi quia sic fuit visum legislatori: et sic sufficit pro ratione voluntas. vt. l. non omnium. ff. de legi. nam non potest assignari quare in vsucapione magis fuit statutum triennium quam tēpus diutinum. glo. etiam enumerat hic etates: sed plenius per Jo.

13 and. in proemio sexti libri. ¶ † No. etiam in. §. propter casum. in fi. quod non solum pars potest mulctari quando obtempe-

14 rat iudici: sed etiā aduocatus in causa. ¶ † No. dū dicit aspernati patrem secundum doctores quod interdum pater datur cogno-

15 sci per filiū quando filius est maioris virtutis et fame. ¶ † Itē no. non debere fieri legem ex qua potest resultari derisio. vt hic iuncta gloss. Item quod multa remanent facta ex postfacto quam a principio non essent fienda et sic prelatus remanet in prelatura licet superueniat sibi aliquod impedimētum propter quod

16 si tenuisset a principio non fuisset promotus. † et sic cecus remanet in officio et dignitate si cecitas superuenit post adeptū officium et dignitatem quam tamen nō habuisset si cecitas a prin-

17 cipio fuisset. ¶ † Nota glossam que incipit non recipiendis de isto Pyrrho qui obsedit Romam: et propter magnitudinem animorū ipsorū Romanorum quia noluerunt reddere eorum captiuos recessit desperatus quod nō posset habere dominiū

18 vrbis. ¶ † Ultimo nota secundum Bal. dū dicit sententiam de captiuis Pyrrhi non recipiendis quod consilium qđ acceptatur in publico vocatur sententia.

2 ☞ Casus in quibus contrahitur infamia grauissima ipso facto seu ipso iure et sic sine sententia. remis.

3 Delinquere non videtur qui inuitus patitur.

a ¶ Ubi multa. Et ei adde quod aduocatiōis officio priuari possint nimis vbosi. vt voluit Ro. singu. suis. folio xxij. vbi allega. gloss.

b ¶ Plus meretur. Uide sanctū Thomā in summa sua.

c ¶ Pueritia. de hoc late per Abba. in rubrica. et in. c. ij. de delict. puerorum.

Uirgo violenter corrupta non desinit esse virgo: sed habetur pro non corrupta.

4 Quod tunc possit ingredi monasterium inuito viro: sicut si nõ esset corrupta quod facere nõ posset si fuisset a viro cognita ꝑm canonistas.

5 Uirginitas carnis corpus est incorruptũ. sed virginitas animi fides est incorrupta.

6 Condemnati de crimine publico vel de calumnia commissa in accusatione publici criminis dicuntur infames grauissima infamia.

7 Infames mediocri infamia qui sint: ꝛ quod possint postulare etiam pro alijs remis.

a ¶ Sodomitis. An tales possint testari. Uide vltimũ consiliũ Barba. secũdo libro. vbi late per dñz Anasta. platum conciuẽ ꝛ collegã meũ.

1 **Remouet.** †No. hic de sodomitis[a] qui sunt infames grauissima infamia que contrahitur ipso facto. idest eoipso ꝙ deliquerunt absqꝫ eo ꝙ sint condemnati per iudicem ꝛ ipso iure idest per sententiam. l. †et 2 adde istum casum ad alios qui ponuntur in. l. j. in prin. ꝛ. §. fi. j. ti. j. in quibus contrahitur infamia grauissima ipso facto seu ipso iure. glos. ibi addit quosdam alios. 3 ¶ †Item nota cũ quis inuitus patitur non videtur delinquere: et ideo virgo violenter corrupta non desinit esse virgo. sed habetur pro non corrupta 4 et †per consequens potest ingredi monasterium inuito viro sicut si non esset corrupta quod facere non posset si fuisset a viro cognita ꝑm canonistas. 5 †Ista tamen virginitas non est virginitas corporis sed animi: iuxta illud Augustini. Uirginitas carnis corpus est incorruptum. virginitas animi fides est incorrupta ꝛ Azo dicebat prout audiui a dño Baldo hic. Tolle voluntatem de medio et omnis actus erit indifferens. vnde Lucretia non fuit iudicata adultera: quia violenter stuprata est. 6 †Nota etiam quod condemnati de crimine publico vel de calumnia commissa in accusatione publici criminis dicuntur infames grauissima infamia. 7 Sed †alij de quibus in. l. j. ver. q furti. vsqꝫ ad ver. etiam dicũtur infames mediocri infamia qui possunt postulare non solum pro se sed pro multis alijs personis de qbus in tertio ordine edicti pretoris de quo in. §. ait pretor. vsqꝫ ad. l. puto.

b ¶ Tutores. adde hicque ponit dñs Nel. de san. ge. in trac. bãni. in. j. pte scdi tempores. q̃stiõe. xj. Franc. Cur.

1 Locans operas suas ad pugnãdum cum bestijs feris cũ effectu est infamis ipso iure ꝛ pro alijs postulare non potest.

2 ¶ Quod sufficiat locare operas licet nõ depugnauerit: nec ratio est quod puniatur affectus licet nõ sequatur effectus: quia statim facta locatione secutus est effectus quo ad infamiam.

3 ¶ Licet quis non locauerit operas suas: sed gratia virtutis vel propter bonum publicũ dicat se pugnare cum bestijs: si tamẽ in arena post victoriã patitur se premiari pecunia perinde infamatur ac si locasset et quid si corona premietur. ꝛ nu. 7.

4 Delinquens eoipso quod delinquit videtur consentire vt sibi imponatur pena a iure prefixa.

5 Delinquens naturaliter obligatur ad penam delicti etiam anteꝙ̃ sit condemnatus. ꝛ postea etiam ciuiliter ꝛ ꝑm aliquos qꝺ ante cõdẽnationẽ nullo modo sit obligatus. sed eius bona sic.

6 Simonia sicut cõmittitur recipiendo premium anteꝙ̃ cõmittens faciat ita ꝛ si recipiat post factum.

c ¶ Os clausula. Adde vt ꝑ Alexan. de imol. i cõ si. xj. col. pe. in. ij. volu. ꝛ in consil. cxvij. ꝑ totũ in. j. volu. ꝛ ibi qñ est gñalis per dñm Frã. de are. in. l. talis scriptura. de leg. j. ꝛ per Fely. late in. c. c. cãm. col. iij. de rescri. Fran. Cur.

1 **Bestias.** †Nota potius inspici accidens ꝙ̃ natura quod est verum quando in accidentia con2 sistit ratio. l. vt hic erat in edicto pretoris. †nam motus est pretor ad infamandum illum qui locat operas suas ad pugnandum cum bestijs propter feritatem bestiarum: quia se subijcit periculo persone propter spem lucri ꝛ sic propter maximã auaritiam. si ergo bestia non est fera accidentaliter licet sit naturaliter cessat ratio edicti pretoris ꝛ econuerso si esset accidentaliter licet non naturaliter edicti ratio nõ cessaret si autem ratio legis nõ fundatur in accidenti sed in natura potius inspicitur natura ꝙ̃ accidens: ꝛ ita solue contrarium glo. super verbo fe3 ritate. ¶ †Item nota quod sufficit locare licet nõ pugnauerit quia edictum pretoris loquitur in eo qui locauit non in eo qui pugnauit et sic non est verum quod dicit gloss. que incipit punitur ergo affectus. licet non sequatur effectus: quia hic statim facta locatione secutus est effectus quia delictum fuit consummatum: de hoc in. l. si quis. non dicam rapere. de episco. ꝛ cleri. Et vide Dy. in regula semel malus. de regu. iur. ꝛ quod no. gl. 4 j. de rei ven. l. vendicatio. ꝛ Bar. in. l. qui habet. de tute. ¶ †Itẽ no. in ver. deniqꝫ. quod licet quis nõ locauerit operas suas sed gratia virtutis vel propter bonum publicum dicat se pugnare cum bestijs. si tamen in arena post victoriam patitur se premiari pecuniariter perinde infamatur acsi locasset alis de facili fraudaretur edictum pretoris: et ita ĩtellige quod habetur in gloss. super verbo honorari. que ponit duos intellectus. et 5 Barto. tenet secundum. †Ex quo no. quod delinquens eoipso quod delinquit videtur cõsentire vt sibi imponatur pena a iu6 re prefixa. †vnde allegatur quod delinquens naturaliter obligatur ad penam delicti etiam anteꝙ̃ sit condemnatus. postea vero est obligatus ciuiliter et naturaliter. alij dicunt ꝙ anteꝙ̃ sit condemnatus nullo modo sit obligatus et tamen bona sua sunt obligata. de hoc. s. de pac. rescriptum. in gloss. que incipit si tacitas. ꝛ quod not. in. l. aufertur. §. fiscus. j. de iure fisci. ꝛ. l. fi. 7 de iniur. ꝛ. l. si quis post hac. de bo. dam. †et sic non placet aliqua de lectu. glos. nec prima quando fuit premiatus corona: qꝛ ex hoc non debet puniri sed potius premiari nec secũda quod fuerit condẽnatus in arena: sed tertia que non ponitur in glo. quod fuerit ꝑmiatus pecunia ac si locasset operas. ꝛ sic no. ꝑm Bald. contra simoniacos ꝙ sicut cõmittunt simoniam recipiendo premium anteꝙ̃ faciãt ita ꝛ si recipiant post factum. et iste est verus intellectus.

d ¶ Principi. Sz an papa possit laicũ fame restituere. Uide per abb. in. c. c. cum te. ꝛ vide Ro. cõsil. cccclxvij.

2 ¶ Infames etiam grauissima infamia possunt esse tutores et curatores.

3 Casus in quo cõcurrit pena extraordinaria cum ordinaria.

1 **His igitur.** †Nota intellectum istius secundi articuli in quo habet quod ista tria genera personarum prohibentur postulare pro alijs non pro se vt possint etiam pro alio postulare si illius curam vel tutelã gerant: quia videntur postulare pro se quia negotia illius procu2 rent ad ipsum cura et sollicitudine facta. l. fin. j. eodem. ¶ †Ex hoc nota. quod etiã infames grauissima infamia possunt esse b tutores[b] et curatores: quia potius est onus ꝙ̃ honor. ¶ Item nota in ver. qui aduersum casum in quo concurrit pena extraordinaria: quia facientes cõtra edictum pretoris ꝛ infra est pena ordinaria ꝛ vltra hoc etiam pecuniariter mulctantur ꝑpter suam presumptionem ꝛ audaciam.

2 ¶ Clausula in fine posita refertur ad proxime dicta quando non potest cõmode referri ad omnia precedentia.

3 Restitutio ad famam et sic aduersus infamiã debet fieri a principe quando queritur de restitutione gratiosa non ab inferiore: nisi quando queritur de non gratiosa sed de iustitia: et numero. 4.

4 Restitutio aduersus infamiã est de causis seruatis principi.

5 Persone pro quibus infames possint postulare.

6 Affinitas dissoluitur per mortem quo ad effectus ciuiles: non de iure canonico: quo ad effectus canonicos.

7 Affinis appellatione comprehenduntur etiam illi quibus dictio pro adijcitur: ꝛ sic pronurus appellatione nnrus.

1 **Ait pretor.** †Hic ponit de tertio ordine edicti pretoris in quo continetur de his qui possunt postulare pro se ꝛ pro quibusdam personis que habentur in. l. j. §. fi. cum legibus sequen. ꝛ isti sunt infames non grauissima infamia de quibus multe leges. j. titu. j. loquuntur. nã oẽs intelliguntur preterꝙ̃ pro se ꝛ pro personis predictis: licet in eis hoc non dicatur quod tene menti. nam idem esset in statuto prohibente quem postulare propter infamiam vel aliud simile quod perpetuo tene menti ꝑm Angel. pro alijs ergo non postulabit. Sed queritur in edicto pretoris post omnes tres ordines continebatur clausula nisi aliquis ex predictis infamibus de quibus supra fuerit in integrum restitutus quomodo intelligatur ista clausula etiam de quibus in secundo ordine. Et sic de grauissima infamia. an solum de infamibus de quib[9] in tertio ordine: et sic non grauissima videbatur de omnibus: quia text. dicit qui ex his omnibus ꝛc. cõtrarium dicitur quia intelligitur de contentis in tertio ordine qui facilius obtinent restitutionẽ ꝙ̃ in grauissima infamia quia difficilius obtinẽt. 2 †Et iste ver. deinde allegatur quod clausula[c] in fine posita rec fertur ad proxime dicta quando non potest cõmode referri ad omnia precedentia licet verba sonent in contrarium. de hoc in 3 l. si idem. de iuris. om. iudi. †Item dubitatur a quo debeat fieri hec restitutio aduersus infamiam vt tollatur ꝛ recuperet famam. ꝛ respondetur ꝙ a principe vel senatu quando non queritur de restitutione gratiosa non autem ab inferiore nisi quãdo queritur de non gratiosa sed de iustitia vt cum conferret ex dispositione legis scripte vt si restitueret aliquem minorem ex edicto de minoribus aduersus sententiam latam cõtra eum de famoso crimine. nam tunc tolletur omnis pena criminis ꝛ per consequẽs etiam infamia. tene mẽti perpetuo istum. §. de qua. 4 quia semper allegatur †quod restitutio aduersus infamiã nõ d potest fieri nisi a principe: quia est de causis seruatis principi[d] circa qꝺ vide. c. cum te. de re iudi. per Inno. ꝛ. l. dist. c. domino sancto. ꝛ quod ibi per glo. ꝛ Barto. in. l. fi. C. de sen. passis. ꝛ. iij. 5 q. i. §. intelligitur. C. de nup. l. imperialis. ante fi. per Cy. †que autem sint persone pro quibus possit postulare habetur in sequen. §. inter quas ponuntur pupillus ꝛ pupilla: furiosus ꝛ furiosa: fatuus ꝛ fatua: quibus tales infames ꝑhibiti dati sunt tutores et curatores. nam etiã positi in secundo ordine possunt pro illis quorum administrationem gerũt postulare. vt. s. e. l. §. est equis-

§. est equissimũ. fortius isti positi ĩ tertio ordine: quia minori infamia grauantur: ⁊ hoc siue sint dati a iudice siue a patre vel a maiori parte tutores. Item ponuntur affines vt socer pro genero vel ecõuerso quod est intelligendum si affinitas duret. secus si dissoluta per mortem. et sic not. 6 †quod de iure ciuili affinitas per mortem dissoluitur quo ad effectus ciuiles nõ de iure canonico quo ad effectus canonicos ad impediendum matrimonium: si ergo statutum dicit ꝙ cause iter affines compromittantur si affinitas sit dissoluta per mortem non habebit locum statutum: licet non sit dissoluta de iure canonico: circa qđ vide. l. sm hoc ita cum ibi no. de re iudi. per Baldum in. l. fin. C. de verbo. signific. comprehenduntur etiam affines quibus adijcitur dictio pro: ⁊ sic appellatione nurus cõprehendit̃ pronurus: ⁊ ad hoc semper allegatur iste. §. affinitates.

1 ☞ Gerens officium necessarium potest ratione ipsius officij postulare pro eo, ꝓ quo officiũ gerit licet alias prohibeatur.

Dato. Iurisconsultus hic ponit vnam conclusionem generalẽ circa tex. presentes qui loquuntur de tutore et curatore vt possint postulare pro illis quorum tutelam vel curã gerunt nõ obstãte quod sint infames et tales qui non possint postulare nisi pro se et quibusdam personis 1 †vt habeat locum in quocunqꝫ alio officio necessario quod quis egerat vt ratione ipsi⁹ officij possint postulare pro eo pro quo officium gerunt: licet sint infames vel postulare prohibiti: quia debet intelligi preterꝙ pro predictis personis.

2 ☞ Potestas si inhibuit alicui aduocato ne amplius coram eo possit aduocare: poterit tamen coram successore vel alijs iudicibus aduocare: ⁊ quid si inhibitio fiat per sententiam diffinitiuam.
1 Iudex sicut potest prohibere officium aduocationis: ita ⁊ ciuitatem vel prouinciam ⁊ alia similia.

3 **Si quis.** †Ratio dubitandi erat hic quia in officio publico successor reputatur eadẽ persona cum predecessore quoniam eandem fungitur iurisditione. vt in c. nouit. de electio. 2 †si ergo potestas inhibuit cuidam aduocato ne amplius coram eo possit aduocare: poterit tamẽ coram successore aduocare. licet em̃ fungatur eodẽ officio tñ non sunt ꝑsone diuerse restringitur ad personam prohibẽtis eadẽ ratione poterit aduocare coram alijs iudicibus eiusdẽ vel alterius tribunalis ⁊ in eodem loco etiam durante officio inhibentis: ⁊ hoc quando per interlocutoriam fuit facta inhibitio: si autem per sententiam diffinitiuam facto processu pec accusatorem vel inquisitorem ⁊ ex causa famosa licet virtute verborum non videatur inhibitus nisi vt supra: tamen ratione infamie que durat videtur generaliter prohibitus corã quocunqꝫ preterꝙ pro 3 personis de quibus in. §. fi. l. j. cũ legibus sequen. s. eo. †⁊ adde hic ꝙ sicut iudex potest prohibere officium aduocationis ita ⁊ ciuitatem vel prouinciã et alia similia. vt. s. de offi. prefec. vrb. l. finali in fine.

2 ☞ Procuratorem inhabilẽ vel testes inhabiles ad ferendũ testimonium potest iudex ex officio repellere.
3 Si aliquis pro maleficio commisso in aliquẽ fuit cõdemnatus personaliter vel realiter: non poterit ille contra quem deliquit remittere penam applicandam reipublice.

1 **Uos prohibet.** †Lex prima ꝙ ponit tres ordies nõ volentium postulare loquitur quãdo illa cõtra quẽ postulare vult opponit quod non debeat admitti: quia non est habilis ⁊ peti vt repellatur a iudice: quid si nõ opponit: iudex tamen cognoscit quod non est inhabilis videtur quod possit repellere. vt. l. iiij. §. hoc autem iudicium. de dam. 2 infect. contrarium est verius. †quia prohibitiones de quibus s. non fuerunt facte pro vtilitate priuatorum contra quos aduocare volunt sed pro decore et etiam iudicis vt in pricipio legis prime. ⁊ sic iudex ex officio potest repellere. [a] vt in hac. l. notabili que semper allegatur. ⁊ idem in procuratore inhabili. et idem in testibus inhabilibus ad ferẽdum testimonium. vt no. Inno. in. c. intimani. extra de testibus. ⁊ vide in Spe. de offi. iudi. §. impedit. non ille aduersarius tacendo aut renuntiando 3 prohibitioni potest preiudicare reipublice ⁊ honori pretoris. ⁊ pro hoc dicit Guil. de cu. †si aliquis pro maleficio cõmisso ĩ aliquem fuit cõdemnatus personaliter vel realiter nõ poterit ille cõtra quẽ delinquit illam penã remittere applicandã reipublice licet possit remittere alteri applicandam sibi. ad quod. j. de publi. l. licitatio. §. quod illicite.

1 **Imperator.** †Nota hic quod pena tẽporaliter apposita finito tẽpore finitur ipso iure absqꝫ alia declaratione fienda ꝑ iudicem: ⁊ hoc quando fuerit appositum certum tempus. si autẽ incertum puta quousqꝫ tale quid feceris cum possit esse dubiũ an fecerit licet fecerit non est finita quousqꝫ hoc sit declaratum per iudicem vt no. Innoc. in. c. cum hone. de postulatione pre-2 latorum. Aduerte †tamen audiui a Baldo legente quod cum quidam esset confinatus ad tempus ⁊ finito tempore reuersus fuerit ad ciuitatem confisus de dispositione huius legis absqꝫ alia licentia ex dispositione cõmunis fuit captus ⁊ decapitatus: ⁊ nihil sibi valuit ista lex. sit ergo cautus qui habet agere 3 cum ciuitate vt etiam ipse non veniat sine licentia. ¶ †Glossa opponit contra textum in ver. nec adhibe distinctio. quod imo sit adhibenda: quia si inhibitio est facta ex causa famosa quod habetur in lege prima. j. titulo primo. quod finito tempore: licet sit finita prohibitio facta a iudice non tamen est finita infamia imo durat perpetuo nisi sit restitutus a principe. vt supra titulo primo. questione de qua. ⁊ ideo durat prohibitio legalis licet prohibitio hominis sit finita. Et sic non poterit aduocare pro personis de quibus in. l. j. §. fi. s. eodẽ. vel pro se: si sit de contentis in secũdo ordine: quia si notatus grauissima infamia de qua in. §. remouet.

¶ Potest repellere. Adde hic ꝙ late ponit dominus Alexã. in. l. iiij. §. hoc autem iudiciũ. j. de dã. infec. ⁊ de teste intellige hoc verũ si ex actis cõstat de inhabilitate. ita Ang. ĩ autẽ. de test. in prin. ⁊ in. l. si vel parẽs. j. de inofficio. testa. ⁊ Lãphrã. de hri. in. c. qm̃ ꝯtra in vsi. testiũ depositiões. extra de ꝓbatio. ꝓ docto. in. c. cũ cãm. de test. Cur.

2 ☞ Prohibitus aduocare ex causis irrogantibus infamiaꝫ quod repellitur etiam extra territorium cõmunitatis.
3 Cõsuetudo vel statutũ ciuitatis debet seruari in terris comitatus nisi sit ibi statutũ contrarium approbatũ per ciuitatem.
4 Consuetudines laicorum debẽt seruari in curia episcopali inter laicos ibi litigantes quo ad decisionẽ cause non quo ad ordinem procedendi.
5 Clericus si litigat in curia seculari cõtra laicũ. tũc seruatur stylus secularis quo ad ordinem procedendi.
6 Statuta ⁊ consuetudines laicorum an ligent clericos remis.
7 Episcopus est maior potestate ⁊ que possit inhibere potestati.

1 **Ex ea. causa.** †Nota hic quod si potestas padue. inhibet alicui quod non exerceat officium aduocationis. ista prohibitio si est facta ex causa que non irrogat infamiã impedit ipsum aduocare non solum coram ipso potestate: sed etiã corã alio quolibet iudice huius ciuitatis: ⁊ etiam castrorum comitatus huius ciuitatis: sed si vadit Bononiam vel Florentiam non potest sibi obijci de prohibitione hic facta: quia extra territorium non extenditur. Sed contra: imo videtur qđ prohibeatur solum coram potestate non coram alijs iudicibus ciuitatis vel cõmunitatis. vt. s. eodem. l. puto. §. finali. Secundo ibi fuit prohibitus coram se ꝓhibente hic simpliciter ⁊ sic plus 2 importat. †Sed quero quid si fuit ꝓhibitus ex causis irrogãtibus infamiam gloss. que incipit alioquin dicit quod tũc propter infamiã non propter verba prohibitionis repellitur etiã extra territorium communitatis ⁊ ista gloss. semper allegatur 3 ad hoc. ¶ †Itẽ alia gloss. super verbo a sententia inducit hãc l. quod consuetudo vel statutum ciuitatis debet [b] seruari in terris comitatus quod intellige nisi sit ibi statutum contrariũ approbatum per ciuitatem ⁊ per hoc. l. de quibus. s. de legatis. vbi consuetudo vrbis romane seruatur in alijs locis subditis imperio romano ⁊ istud videmus quotidie in terris communitatis quando deficiunt statuta ⁊ consuetudines eorum speciales quia recurrunt ad statuta ciuitatis cui subsunt vel con-4 suetudines. ¶ †Item dicit glossa quod consuetudines laicorum debent seruari in curia episcopali. licet episcopus sit maior ꝙ potestas intellige quod seruatur inter laicos ibi litigantes sed inter clericos non: quia non ligantur statutis ⁊ consuetudinibus laicorum. Item seruantur scilicet quo ad decisionẽ cause: sed quo ad ordinem procedẽdi seruatur stylus curie epi-7 scopalis. vt in. c. quod clericus. de foro competenti. †Et ecõuerso si clericus litigaret in curia seculari contra laicum serua-6 retur procedendi stylus secularis. vt. l. cum clericis. de episcopis ⁊ clericis. †An autem sit verum quod statuta laicorum et consuetudines non ligent clericos. dic vt notatur per Barto. in. l. 7 cunctos populos. de summa trinitate. ¶ †Nota etiam gloss. ꝙ dicit ꝙ episcopus est maior potestate et semper allegatur glos. in vtroqꝫ dicto: ⁊ dic quod maioritas consistit in hoc quia episcopus potest inhibere potestati ne ꝓcedat in aliqua causa in qua versetur turpitudo vel que sit de foro ecclesiastico ⁊ qđ admittat exceptio cõmunicationis: ⁊ hoc sub pena excõmunicationis. ⁊ tamẽ nõ sic potestas potest inhibere episcopo: facit. c. solite. de maioritate ⁊ obedientia. sicut enim sol maius lumen est ꝙ luna: licet sint diuersa lumina ita ⁊ iurisditio ecclesiastica maior est ꝙ tẽporalis: nõ tamen ratione maioritatis potest iudici seculari auferre iurisditionẽ vel eã impedire nisi ex causis sibi cõmissis cũ sint iurisditiones diuerse ⁊ altera non depẽdet ab altera. vt notatur in aut. de manda. princip.

¶ Debet seruari. Adde circa hoc ꝙ ponit ipse idẽ Pau. de Castro in cõsil. suo cxxix. icip. statuta pisana. in antiquis ⁊ ꝯsuluit Lud. ro. in cõsil. suo. cxxviij. icip. presens casus. Fran. Cur. Adde tu. ⁊ vide latissime de veritate ꝑ dñm meũ Sozi. iꝯsi. suo. lxxxi. colũ. ij. ⁊ in cõsil. cclxxxviij. colũ. ij. ver. sed difficultas. J. C.

1 His qui. †Generalis procurator vel aduocatus fisci potest iuuare personas de quibus hic etiam contra fiscum: quia non intelligitur assumpsisse procurationem vel aduocationem contra se vel istos de quibus hic. Item decuriones durante officio quod habent in cõmuni nõ possunt aliquem adiuuare cõtra communitatem nisi personas de quibus.§.h.d. notabiliter et hoc non solum in causis in quibus fiscus ad hunc nota. sed etiam in inceptis per fiscum cum auxilio eorũ si postea proueniat ad se vel ad filios vel parentes possunt pro eis agere ⁊ aduocare contra fiscum ex causa de nouo superueniente. vt.l.seq. que est notab.

2 Aduocatus qui vidit iura vnius partis. quando possit aduocare pro altera.

3 Aduocatus qui primo consuluit pro te potest tamen esse aduocatus meus in illa causa contra te. ex alio fundamento q̃ tacto in consilio.

4 Aduocatus vnius partis in causa principali tenetur eum iuuare in causa appellationis non tamen pro eodem salario sed si ille nollet sibi soluere excusaretur aduocando pro altera pte.

1 A Principe. †Nota hic bonam ⁊ discretam legem quod si aliquis fuit aduocatus pro te ⁊ pro fisco contra patrem meum in aliqua causa ⁊ postea ea nondũ finita datus fuerit mihi tutor vel curator potest in eadem causa me pupillum suum vel adultum iuuare contra te vel contra fiscum: quia intelligitur acceptasse pro te vel pro fisco contra alias personas non contra illum cuius tutela fuerit sibi decreta quod est notandum. ¶Gloss. opponit de superfluitate: quia quod dicitur in ver. sed ⁊ illud. satis fuit dictum in principio.l.⁊ non expediebat repetere. gloss. soluit: sed tu dic melius quod principium loquitur generaliter et sic potest intelligi quando fuisset aduocatus contra patrem meum aliquo priuato. si autem pro fisco maior erat dubitatio an postea posset aduocare contra eum pro pupillo cui datus est tutor propter priuilegium fisci et hic dicitur quod idem est et sic fiscus non est in hoc magis priuilegiatus. ¶ 2 †Item glo. per hanc.l. dicit quod licet aliquis aduocatus viderit iura tua et instrumenta tua: et de omnibus habuit perfectam notitiam nihilominus poterit esse aduocatus meus contra te per hãc.l. que vult quod si primo aduocauit pro te cõtra meum patrem potest nunc aduocare pro me contra te: et tamẽ vidit omnia iura tua: et ita dicit fuisse determinatum Bononie. et Guliel. de cung. hoc improperat dicens quod illa glossa loquit̃ ſm Lombar. ⁊ quod istud non est verum: quia hic loquitur quod vult aduocare pro me pupillo suo: quia tunc ratione officij publici et necessarij licitum est sibi variare. facit.l. puto. in principio.§. eodem. sed si non eram pupillus eius et sic non habuit necesse sumere aduocationem meam. honestas non patitur vt postq̃ vidit iura tua debeat esse contra te. Doctores dicunt quod si ostendisti iura tua ⁊ requisiuisti eum de aduocatione ⁊ ipse dedit tibi spem si postea non stat per te quia vis eum pro aduocato ⁊ sibi soluere: non potest esse aduocat⁹ meus. Sed si requisisti eum de aduocatione vel per te stat quo minus ipse sit aduocatus quia non vis sibi soluere bene poterit esse pro me alias daretur materia cuilibet auferendi mihi aduocatos: quia cuilibet aduocato suo ostenderet iura sua ad hoc vt non posset esse postea contra te. 3 †Sed ponamus aliquis aduocatus primo consuluit pro te: nunc in illa causa vult esse aduocatus meus contra te: an possit. Ista glossa innuit quod sic. Joan. an. in additio. Specul. eodem titulo.§. nunc. dicit quod ipse nunq̃ hoc faceret nisi ex alia causa vel ex alio fundamento q̃ tacto in consilio suo ⁊ ista est veritas. 4 † Sed pone fuit aduocatus tuus in causa principali nunc in causa appellationis vult esse meus. gloss. videtur tenere quod possit. doctores dicunt contrariũ: q̃ est eadem causa licet diuersa sit instantia: ⁊ cõclusio esse debet: quia tenetur eum iuuare non pro eodem salario. sed si ille nollet sibi soluere excusaretur.

a ¶Leprosum. Adde Fede. de senis consilio. lxxxviij.

b ¶Nõ nocet. de hoc p Cal. cõsil. iiij. ⁊ per Jo. de ana. cõsil. lxxxv. p Abb. 2si. xxv. ⁊ intellige quando omnino erat incompetens.

¶De infamibus. Rubrica.

1 Casus in quibus quis efficitur infamis.

2 Infamia quedam est iuris et quedam facti que non habet effectus quos habet infamia iuris.

3 Infamia iuris. quedam est iuris ⁊ de iure quando quis infamatur per sentẽtiam legis scripte absq̃ sententia iudicis et cõtinet septem casus ⁊ nume. 4.

4 Quedam vero dicitur iuris tantum vel de iure tantũ per sententiam diffinitiuam iudicis competentis: et continet duodecim casus.

5 Infamia vbicũq̃ infligitur per sententiam iudicis ratione delicti. eadem ratione infligeretur ex genere pene. sed nõ ferretur sententia sed inciperet iudex ab executione ⁊ quando.

6 Infamia est lese dignitatis status legibus et moribus improbatus ⁊ ad quid inhabilitet. ⁊ nu. 7.

7 Fama dicitur illese dignitatis status: legibus: et moribus approbatus.

8 Sentẽtia iudicis incõpetentis sicut non infamat. ita nec alius actus gestus ab eo.

9 Qui cantant cantilenas in diebus festis ⁊ exigũt pecunias vel alios ludos derisiuos faciunt quod sint infames.

10 Ementes gabellam prostibuli ⁊ querẽtes mulieres vt ibi stent qui dicuntur lenones sunt infames.

11 Infamia facti quot effectus habeat et an repellat quem a testimonio.

12 Quod ex nulla actione oriente ex causa famosa quis infamatur nisi ratione doli: licet actio possit cõpetere ratione culpe.

13 Quod nulla actio oriens ex delicto famoso vel ex causa famosa infamat nisi hoc reperiatur expressum in iure.

1 Pretoris. †Lex prima reputatur singularis: q̃ numerat oẽs casus in quibus quis efficitur infamis ponendo verba edicti pretoris facti super hac materia et non est dare meliorem legem in corpore iuris. Circa quod sciendum quod quedam est infamia iuris de qua loquitur iste tit. et omnes casus positi in hac l. 2 †quedam est infamia facti de qua loquitur.l. ob hec verba.j.eo.⁊.j. de obsequijs.l. honori. ⁊ etiam prima gloss. huius.l. que infamia facti non habet effectus quos habet infamia iuris. sed habet quosdam alios vt in illa prima gloss. 3 †Item debes scire quod infamia iuris quedã est iuris ⁊ de iure: vt quando quis infamatur ipso facto per sentẽtiam legis scripte absq̃ sententia iudicis: de qua infamia habetur in primis tribus casibus huius.l. vbi ponuntur tria exempla vsq̃ ad ver. qui in iudicio. ⁊ etiam de qua habetur in ver. qui eã. vsq̃ in fi.l. vbi ponuntur quatuor exempla. ⁊.j. de ritu nup.l. palam. 4 †Quedam vero dicitur iuris tantum vel de iure tantum: vt quando infligitur per sententiam diffinitiuã iudicis cõpetentis qđ potest contingere altero de tribus casibus. primo quando est lata in crimine publico vel super calũnia cõmissa in crimine publico vel priuato. vel super preuaricatione ⁊ ista est infamia grauissima: vt in versi. qui in iudicio. vsq̃ ad versi. qui futuri. secundo quãdo est sententia lata in crimine priuato: et hoc in quatuor casibus scilicet furti. vi bo. rap. iniuriarum. ⁊ de dolo. dũmodo sit condẽnatus suo nomine ⁊ de delicto cõmisso per eũ: secus si noĩe alieno ⁊ ex delicto cõmisso per aliũ tanq̃ procura. vel heres illius. ⁊ hoc in versi. qui furti. vsq̃ ad ver. qui pro socio. tertio quãdo in certis actionibus orientibus ex cõtractu vel quasi: ⁊ de hoc ponũtur quatuor exempla in ver. qui pro socio. ⁊ sic in effectu sunt vndecim casus in quibus infertur infamia per sententiam iudicis. Adde aliũ ⁊ sic sunt. xij.j. ea.l. no. cũ legib⁹ sequẽtibus. sed casus in quibus infligitur ipso facto per sententiam legis sunt septem. scʒ tres qui ponũtur in principio ⁊ quatuor qui ponũtur in.§.fi. 5 ¶†Et no. qđ vbicunq̃ infamia infligitur per sententiã iudicis ratione delicti eadẽ rõne infligeret̃ ex genere pene sed nõ ferret̃ snĩa sed inciperet iudex ab executione quia repertus fuisset quis in flagranti crimine ita quod erat notorium ⁊ manifestũ: ⁊ de hoc loquitur.l. ictus fustiũ.j.e. 6 †Est autem infamia iuris lese dignitatis status legib⁹ ⁊ moribus improbatus sicut ecõuerso fama dicat̃ illese 7 †dignitatis status legibus ⁊ moribus approbatus. vt.l. cognitionũ. de var. ⁊ extraordina. cogni. non tamẽ statum annihilat sed deprimit: quia non facit perdi libertatem vel ciuitatem tunc enim annihilaret sed facit quem repelli ab officijs publicis. vt.j.l. proxi. cum ibi not. in glo. ⁊ afficit hominem ⁊ corpus eius ⁊ animã sicut lepra leprosum:[a] ⁊ excommunicatio excommunicatum. vt not. tit.j.l. ex ea. ⁊ ideo sequitur hominẽ quocũq̃ vadat ⁊ etiam inhabilitat etiã si vadat ad locũ non subditũ iurisditioni eius qui sententiam tulit: vt ibi no. quod non contingit in alijs que non ita afficiũt personã. arg. in.l. fi.§. de iurisdi. omniũ iudicũ. 8 ¶†Nota hic in principio ſm Ange. dum dicit ab imperatore eove cui de ea re ⁊c. q̃ sicut sentẽtia iudicis incõpetẽtis nõ infamat ita nec ali⁹ actus gestus ab eo. et ideo si aliquẽ verberaret vel mitraret qui actus solent ingerere infamiã etiã fine sententia. vt.j.eo.l. ictus. vel etiã exautoraret. idest degradaret qui similiter actus infert infamiã. vt.j.l. proxi.§. ignominia. ver. sed si non efficeretur infamis infamia iuris. Facit.c. at si clerici. de iudi. vbi etiam confessio facta coram iudice incompetente non nocet.[b] ¶†Item nota in versi. qui artis. contra istos qui cãtãt in diebus festiuis in certis locis cãtilenas palatinorum ⁊ exigunt pecunias vel alios ludos faciũt derisiuos q̃ sunt omnes infames:

infames: qz equiparantur illis qui in scena prodierant legem
10 in loco deputato ad tales ludos. ¶ †Item in versi. qui lenocinium cōtra ementes gabellā prostibuli ꝛ querentes mulieres: vt ibi stent qui dicunt lenones similiter sunt infames. Et adde q̄ istos casus singulariter prosequitur iurisconsultus exponendo ꝛ declarando dubia circa quelibet et sic per modum cōmenti vsq; ad. l. quid ergo. §. ex cōpromisso. per ordinem prout hic stant. deinde determinat aliquas questiones circa materiā.
11 ¶ †Nota etiam primam glo. que dicit q̄ infamia facti habet duos effectus de quibus in glo. Alij dicunt q̄ habet tertium
a qz repellit quem a testimonio.[a] vt no. in. l. cassius. ff. de senato. Alij dicunt contrarium qz nō reperitur expressum. et hoc licet Ange. per. l. furti. §. j. ff. eo. quia pendente appellatione est infamis infamia facti ꝛ non repellitur. dic vt plene per Bartol. in dicta. l. cassius. no. in. l. j. C. de summa trinitate.
12 ¶ †Nota etiam gl. que incipit ponit in ver. item q̄ subijcit ꝙ ex nulla actione oriente ex causa famosa quis infamatur nisi ratione doli licet actio possit competere ratione culpe quia tunc nō infamatur.
13 ¶ †Item no. ex precedenti glo. que incipit sc; actione: ꝙ nulla actio oriens ex delicto famoso vel ex causa famosa infamat nisi hoc reperiatur expressum in iure. nam furtum est causa famosa ꝛ ex eo oritur actio furti ad penam ꝛ cōdictio furtiua ad rem etiam certi condictio ad penam vel ad rem. Certe licet omnes oriantur ex furto sola tamē actio furti est illa que infamat non condictio furtiua vel certi condictio generalis ꝛ eodem modo pactum factū super aliqua de istis nō infamantibus: si em̄ sententia lata super eis non infamat ergo nec pactū. cum ista duo ponantur ad paria in ver. qui furti.

1 ☞ Missus ab exercitu dicitur non solum qui a toto exercitu qui est collectio omniū militum sed etiā qui a parte exercitus.
2 Ignominie causa dicitur missus quādo in missione exprimit̄ crimen.
3 Miles condemnatus. l. iulia. de adulterijs efficitur infamis etiam si nō fuit missus ab exercitu. et talis infamia soluit eum a iuramento militie.
4 Infamia superueniens non solum repellit quem a dignitate futura sed etiam ab illa in qua est de presenti: ꝛ ab omni officio publico vtilitate ꝛ autoritate: ꝛ a testimonio.
5 Causa quādo debeat inseri in sententia.
6 Exautoratio vel degradatio clericorum delinquentium qualiter fiat.

1 **Quod ait pretor.** †Iurisconsultus hic exponit primum casum legis precedentis vsq; ad. §. ait pretor. de eo qui missus est ab exercitu ignominie causa dicens. primo q̄ de illo intelligitur qui erat simplex miles sine aliqua preeminentia ꝛ etiā de illo qui habebat aliquā preeminentiam vt qz erat centurio vel caput cohortis vel ale: vel legionis vel totius exercitus. nam in hac pena reatus omnē honorem excludit. ꝛ ita punitur paruus sicut magn⁹: licet in alijs criminibus non sic: qz grauius puniuntur viles ꝙ nobiles ꝛ in dignitate positi. Item dicitur secundo q̄ missus ab exercitu dicitur non solum qui a toto exercitu qui est collectio omnium militum: sed etiam qui a parte exercitus vt ab aliqua legione vel ala vel cohorte. ꝛ istud glo. multum not. quia per hoc patet q̄ odium ampliatur cum verba pretoris loquantur de misso ab exercitu nō de misso a parte exercitus: sed dic quod hoc contingit propter publicam vtilitatem: ꝛ qz odium est rationabile circa q̄ vide Bartol. C. de agrico. ꝛ censi. l. quemadmodum.
2 †Tertio dicitur q̄ ignominie causa dicit̄ missus quando hoc exprimitur in missione. intellige s̄m glos. q̄ exprimitur causa: idest crimen propter quod remittitur: non autem expedit dicere remittimus ex causa ignominiosa. pro quo facit tex. dum dicit cur miles mittatur. et hoc in gloss. que incipit not. causam.
3 †Item quarto dicitur q̄ miles condemnatus. l. iulia. de adulterijs. efficitur infamis etiam si non fuerit missus ab exercitu: quia condemnatus de crimine publico et talis infamia soluit eum a iuramento militie. nam iurat se non euitaturum mortē pro bono publico.
4 † Et sic videtur hic casus quod infamia superueniens non solum repellat quem a dignitate futura: sed etiam ab illa in qua est de presenti. et dicit glo. quod repellit ab omni officio publico quod intellige vtilitate ꝛ autoritate. Sed an repellat a testimonio quod est publicum autoritate non vtilitate. communiter tenent docto. ꝙ sic: qz non est confidendum de testimonio suo.
5 ¶ †In gloss. que incipit non causam ibi. de re iudica. c. sicut. dic q̄ in sententia diffinitiua non est necessarium exprimere causam quantum ad hoc vt valeat imo cautius est nō exprimere: qz posset exprimi causa falsa quo casu an esset valida sententia vel non. dic vt not. in. l. si is ad quem. ff. de acquir. heredi. ꝛ adde quod nota. in. l. qui rome. §. fin. de verbo. obliga. ꝛ in. l. fina. ff. quod cum eo. quantum vero ad alios effectus. videlicet an sententia faciet quem infamem vel non: ꝛ an ille primus grauet vel minus debet exprimi causa: vt hic. iste tamen. §. loquitur in interlocutoria nō in diffinitiua. Sic ergo conclude quod cum quid potest ex pluribus causis ex quibus resultant diuersi effectus debet inseri causa vt sciatur ꝛ scimus certi de effectu si hoc expedit: vt. l. si legatarius. §. finali. de fideicommissa. libertatibus.
6 † de articulo vero exautorationis
b vel degradationis[b] de quo loquitur sequēs glo. ꝛ qua vtuntur canoniste contra clericos delinquentes ꝛ incorrigibiles vt tradat eos curie seculari pro pena corporali. vide in. c. degradatio. de penis. lib. vj.

2 ☞ Scena q̄d sit ꝛ quando in scenā prodeuntes sint infames.

1 **Ait pretor.** †Iurisconsultus hic incipit prosequi scd̄m casum de eo qui in scenā p̄dierit.
2 †Nam sciendum ꝙ scena est locus ludorum: vt in tex. quod intellige periculosorum. puta vt pugnetur cum bestijs vel vt descendant per chordas quos ludos aliqui faciunt causa lucri. ꝛ de istis ludis loquuntur isti tex. sequentes. Item dicitur locus ad pronuntiandum aliquid puta turpes cantilenas. et de hoc non loquitur hic. licet tex. in. l. j. §. qui artis ludicre pronūtiandive ꝛc. hene loquatur. dicitur ergo hic q̄ illi notantur infamia qui hoc faciunt propter questum nec sufficit locasse operas ad hoc si effectualiter non ascendit qz verba edicti notant ascensum nō locationē l; secus in edicto de postulando: vt. l. j. §. bestias. ff. titu. j. dicit etiā ꝙ si nō causa lucri: sed virtutis agitande vt sunt athlete. i. noui milites qui ponunt se ad ludos causa experiendi se non notantur. et idem in eis qui nō ludunt sed exercent aliqua mysteria circa lusores. de quibus tex. facit mentionem ponendo certa vocabula quorum significatum nō habemus: quia nō sunt in vsu. sed glo. ponit de istis ludis qui fiunt in die epiphanie representantibus aduentum magorum in natiuitate christi qui nō fiunt gratia lucri captandi sed gratia delectationis populi.

2 ☞ Plus delinquit q̄ delinquit in se ꝛ in alium simul: ꝛ plus punitur quā ille qui in se tantum.

Athletas autem.

1 **Ait pretor.** †No. istum. §. cōtra emptores prostibulorum qui sunt infames ipso facto ꝛ cōtra tenētes hospitia vel stuffas ꝛ in eis tenent mulieres questuarias.
2 †No. etiā glos. in ver. pōponius. super verbo qui in seruitute. q̄ plus delinquit ille qui delinquit in se ꝛ in aliū simul: ꝛ plus punit̄ ꝙ ille qui in se tm̄. facit. l. fallaciter. de aboli. Itē vide q̄ per hoc not. Guil. de cu. in. l. deo nobis. C. de epis. et cle. ꝛ not. extra de celeb. missa. c. de hoīe. xiij. q. c. j. ꝛ Cy. in. l. qui sepulchra. de sepul. viola.

2 ☞ Calumniator non efficitur infamis nisi de calumnia sit condemnatus.
3 Preuaricator quis dicatur nec efficitur infamis nisi postꝙ est condemnatus.
4 Accusans aliquē si maleficiū non p̄bat presumit̄ calumniator ꝛ q̄ crimen nō sit verū l; falsum: ꝛ q̄ ipse sciuerit esse falsum: ꝛ quādo excusetur a presumpta calumnia.
5 Modus duplex puniendi calumniatorem.

1 **Calumniator.** †Hic iuriscōsultus incipit prosequi casus in quibus irrogat̄ infamia ratione snīe iudicis non ex solo delicto ꝛ incipit a ver. qui in iudicio. posito in. l. j. vbi ponuntur tres casus s̄m gloss. que est ibi. sed iurisconsultus nō prosequitur nisi duos ꝛ p̄pter hoc quidā dixerunt q̄ imo non sunt nisi duo casus. glo. tamen ibi tenet contrariū. nec obst. ꝙ hic non prosequit̄ nisi duos: qz primus de condemnato de publico crimine nō indigebat hic expositione: sed illud prosequitur iuriscōsultus in. l. infamem de publi. iudi.
2 †Dicitur ergo hic ꝙ calumniator nō efficit̄ infamis nisi de calumnia sit condemnatus: licet precedētes incurrant infamiam sine sententia ipso facto.
3 ¶ †Item dicitur q̄
c preuaricator[c] est ille q̄ ex vna parte ex corpore ex altera mēte. vt est ille qui accusa aliquem de maleficio nō vt faciat eum puniri: sed potius absolui: et sic corpore est pro re publica cuius est delinquentes punire: sed animo pro accusatore: vel pone in aduocato vnius qui se intelligit cum aduersario ꝛ permittit se vinci ab eo: l; non sit p̄prie preuaricator. vt in titu. de preuari. Iste em̄ efficitur infamis postꝙ fuerit cōdemnatus nō prius.
4 †Hic est vna glo. magna. satis clara que prosequit̄ articulum de calumniatore. ꝛ tene quod ille qui accusat aliquem ꝛ maleficium non probat presumatur calumniator: ꝛ q̄ crimen nō sit verum sed falsum et q̄ ipse sciuerit esse falsum. ista em̄ duo requiruntur ad hoc vt sit calumniator. et dicit verum s̄m Bar. l; quidā dixerint cōtrarium vt glos. postea dicit. de hoc articulo

a ¶ A testimonio. Intellige verū ī cā criminali: vt p̄ Bal. i. l. j. C. de sacrosan. ecc. ꝛ p̄ Abb. ꝛ ibi doc. ī c. testimoniū. de testa. in cā aūt ciuili bene p̄t esse testis l; ei de fide diminuat̄: vt per Bart. in. l. j. §. due cause. ff. ad car. ꝛ de hoc vid̄ p̄ Fely. in. c. licet col. iiij. de p̄ba. ꝛ ī. d. c. testimoniū col. iiij. v̄. alia est ꝛ q̄ īfamis infamia facti non sit idoneus testis ī criminalibus. t; ēt Alex. de imo. in cōsil. xj. in p̄n. in. j. vo. ꝛ p̄ eūdē in cōsil. clij. in. v. volu. ꝛ ibi q̄d in causa matrimoniali ī subsidiū. Fran. Cur.

b ¶ Degradationis. In cui⁹ locū sit subrogata h̄ pena ꝛ q̄n ad illā perueniri possit vide per Anch. cōsi. clvj.

c ¶ Preuaricator. q̄d sit preuaricator. vid̄. ff. ad turpil. l. j. ꝛ. C. de aduo. diuer. iu. p̄ Jo. an. c. ij. de in integ. resti. in vj. ij. q. iij. si q̄dē. §. notandum.

vide per Cy.in.l.j.de aduoca.diuer.iudi.& per Barto.in.l.j.ad turpil.intellige tamē q non sit presumptio iuris & de iure imo possit probari contrarium.& hoc etiam vult glo.ista. Item dicit gloss.hoc fallere in quibusdam casibus quos enumerat in quibus quis excusatur a presumpta calumnia ex aliqua iusta causa:quos casus glos.enumerat & tene menti. Intellige tamē vt.s.dixi.qd etiā in illis si apparet de euidenti calumnia diceretur calumniator & sic dicta regula et excep.procedunt in dubio non eo casu quo esset certum vel probaretur contrarium. Adde alios casus in quib⁹ accusator excusaretur a presumpta calumnia[a] quādo erat publica vox & fama qd accusatus cōmiserat illud maleficium vel quando accusator audiuerat dici a personis fide dignis: licet non esset publica vox et fama: vt.l. atbaletus.de falsis.&.j.de adulte.l.miles.§.peñ.& in.c.j.de elec. lib.vj.sed Bal.videtur tenere contrarium:qr est sibi imputandum:quare non se premuniuit de probationibus postq̄ accusabat quia non debebat se ponere ad accusandum si nō sciebat probare per idoneos testes.argu.in.l.qui accusare.C.de eden. super hoc puto standum discretioni iudicis: an fuerit accusator leuiter motus vel grauiter vt possit sibi imputari vel non.

a ¶ Calūnia.adde Abb.consi.iiij.& an religiosus excuset a psumpta calumnia. vid p Are.cōsi.cxxiij.

5 †Item dicit ista glo.qd modus puniendi calūniatorem est duplex.vnus qd in eadem sententia absoluat reum non probato crimine & cōdemnet accusatorē absq̄ alio nouo processu alius modus est si hoc non facit in eadem sententia qd postea ex interuallo non faciat nisi cum nouo pcessu & precedente accusatione nō inquisitione in casu in quo inquisitio nō permittitur. C.de calumnia.l.j. Item pena est similitudo supplicij quando pena maleficij erat certa & determinata. Quid autē si non erat determinata sed remittebatur arbitrio iudicis quo casu debet considerare qualitatem & conditionem persone: qr quidā grauius puniuntur q̄ alij si accusator vnius conditionis vel accusatus alterius: an debet puniri fm qd puniretur accusatus si maleficiū fuisset pbatum an fm qd puniretur ipse accusator si fuisset de illo maleficio accusatus. Quidā tenent vnum: quidā aliud: mihi videtur qd inspiciatur cōditio ipsius accusatoris: qr ipse est ille qui patitur penā: vnde non esset iustū qd pateref ad similitudinem alterius.

2 ☞ Condemnatus de furto est infamis licet in veritate furtū nō fecerit nec admittitur ad probandum contrariū.& nu.3.

3 Si non fuisti condemnatus sed transegisti data pecunia mibi vt ab accusatione desistam:adhuc es infamis:sed poteris pbare contrarium.

4 Paciscens quod videatur confiteri si in iudicio tunc illa confessio est sufficiens ad condemnationem etiam in delictis & qn infamet sed si extra iudicium secus s3 sufficit ad torturam.vide tamen nume.6.

5 Fur si rem subtractā restituat ex hoc solū nō efficitur infamis.

6 Cōfessio tacita & ficta facta vel que fingitur facta in iudicio sup crimine habet vim condemnationis quātum ad inducendum infamiam:nō quātum ad penam maleficij: & quid in cōtractibus vel quasi.& quid si extra iudicium.

1 **Item si quis.** †Hic prosequitur alios quatuor casus qui ponuntur in.l.j.§.qui furti.in quib⁹ qs infamatur propter sententiā iudicis ratione delicti priuati.primus furti vi bonorum raptorum & iniuriarū et de dolo[b] dummodo sint condemnati proprio nomine non alieno:& non solum quando sunt cōdemnati:imo etiā si fuerūt pacti vel transegerunt cū accusatore data sibi pecunia vt desisteret ab accusatione.q per hoc videntur cōfessi crimen.et hoc vsq̄ ad.l.furti. Postea circa istos casus mouet aliqua dubia vsq̄ ad.§.mādati. ¶ In ista parte sunt due glos.vna.in.§.isto. altera in.l.sequē.& quelibet earum mouet duas questiones.prima que incipit sed quid.querit primo†si accusaui te de furto & fuisti condemnatus et sententia transiuit in rem iudicatam: postea cum petis officium publicum vel produceris in testem per aliud opponitur tibi q non sis habilis qr es infamis propter illam sniam:tu dicis qd illa snia fuit iniusta qr reuera nō cōmisisti illud furtum; & offers te paratum pbare illam negatiuam opponitur qd non potes qr transiuit in rem iudicatam. replicas qd hoc tibi nocet respectu mei pro quo lata est sententia non respectu aliorum pro quibus nō est lata.queritur quid iuris. Martinus tenet quod debes admitti & qd illa sententia noceat tibi solum respectu mei non aliorum.glo.tenet contrarium & melius qr pro veritate habetur & facit ius quo ad oēs. argu.in.l.j.in fi.de libe.agno. Et sic non obst.ti.res inter alios acta:qr fallit quando sententia continet diminutionem status quia tunc dicitur facere ius non solum respectu personarum inter quas est lata:sed etiā respectu omnium.& sic non admitteris ad probandum contrarium. ¶ †Item querit gloss.quid si non fuisti condemnatus sed pactus vel transegisti data pecunia mihi vt desistam ab accusatione.glo.tenet qd tunc si potest probari contrarium debet admitti. nec obstat tex.qui equiparat istos duos casus:qr verum est q̄tum ad hoc vt vtroq̄ casu infameris per rationem que hic ponitur non q̄tum ad hoc vt possit probare cōtrarium: qr snia innititur publica autoritate vt habetur pro veritate:& sic probatio in contrariū non admititur:sed transactio nō innititur autoritate publica et sic potest probari contrarium:in dubio ergo siue fuisti condēnatus siue pactus presumeris verus fur & es infamis:tamen si fuisti condemnatus nō admitteris ad probandum contrariū:sed si non fuisti condēnatus sed pactus bene admitteris.ita intellige istā glo.licet Bar.alia verba dicat que nō sunt necessaria: vt patet ex predictis.Et inquantum glo.in fi.dicit dic ergo furti q constat factum. Tu dic aliter qd condemnatus & pactus de furto est infamis licet nō constet ipsum factum & qd condēnatus non potest probare contrarium: sed pactus bene potest. Et ex isto textu patet q si aliquis facit pacem cum eo quē offendit in crimine famoso & pro pace habenda dat pecuniā vt diminuatur vel tollatur pena ex forma statuti non euitat infamiam: licet euitet penam maleficij vel diminui faciat fm docto.sed nimirū quia loquuntur doctores quando constat maleficium fuisse commissum:& sic postea condemnatum pena applicanda fisco: sed si non constaret maleficium fore commissum dicendum est: vt.s.quia si postea condemnatur licet iniuste est infamis & non potest probari contrarium:sed si nō condemnatus potest probari contrarium & non erit infamis. nam licitum est redimere vexationem suam etiam dando pecuniam si potest postea constare q maleficium non cōmisit: vt.C.de adulter.l.seruum qui

b ¶ De dolo. an propter dolū qs infamet. vide p Ludo.ro.consil. cclviij.

c ¶ De iudiciali, & qn cōfessus delictū: puta furti efficiat infamis infamia furti.vide p Alexan.de imo.in cōsil.clij. col.iij. in.v.vol. Fran.cur.

4 in eo.& Canoniste habent plures text. ¶ †Gloss.in.l.sequenti. querit de duabus questionibus. Primo dum textus dicit: q qui paciscitur videtur confiteri de qua confessione loquitur an de iudiciali[c] vel extraiudiciali: et determinat q de iudiciali: quia illa est sufficiens ad condemnationem etiam in delictis: sed extraiudicialis non:sed solum ad torturā:vt.l.capite quinto.cum ibi nota.j.de adulterijs. Prima ergo sicut sufficit ad condemnationem:ita sufficit ad infamiam inducendam.& hoc vult iste tex. Secunda & sicut non sufficit ad condemnationem ita nec ad infamiam. Sed oppo.contra primum quia si intelligatur de iudiciali.videtur q non infamet:quia iussu iudicis facta videtur ergo &c.vt.j.ea.l.§.qui iussu. Breuiter si pactum vel trāsactio esset facta in iudicio iudice iubente vel autorante non infamaret:vt ibi.sed si esset facta extra iudicium infamat: quia habet vim confessionis facte in iudicio que infamaret sicut sententia: quia illam non iubet iudex fieri sed fit sponte.

5 ¶ †Item querit quid si fur rem subtractam restituit: an hoc solum sufficit ad infamiam: videtur quod sic.nam si sententia et transactio infamant etiam si non constet maleficium cōmissum.multofortius restitutio rei per quam apparet maleficium commissum.glos.tenet contrarium & bene.quia lege non reperitur; quia ista restitutio potius tendit ad absolutionem et liberationem q̄ ad condemnationem vel infamiam inducendā.

6 arg.in titu.j.l.l.si reus paratus. ¶ †Ultimo recollige ex illa.l. quoniam.q tacita et ficta confessio facta vel que fingitur facta in iudicio super crimen habet vim condemnationis quantum ad inducendum infamiam vt est illa que resultat ex trāsactione facta super istis quatuor criminibus non sic quantum ad penam maleficij in qua etiam expressa confessio nō habet vim condemnationis: sed requiritur expressa cōdemnatio vt pena possit peti:vt.l.si confessus.de custo.reo.licet in contractib⁹ vel quasi bene habeat vim cōdemnationis vt non requiratur alia condemnatio sed possit mitti executioni sicut vera condemnatio:vt.C.de confes.l.vnica. Facta vero extra iudicium nō sufficit in criminibus ad perfectā probationem vt ex ea possit condemnari:sed facit indiciū ad torturam:vt no.in.l.capite quinto.de adulterijs.

1 ☞ Furti damnatus etiam nō manifesti fit infamis etiā infra tempus appellandi.& nu.9.

2 Pendente tempore appellandi nulla potest fieri executio ab homine vel a iudice: et quid a lege: et si interim condemnatus de crimine irrogante infamiam testificaretur non valeret depositio.

3 Furti dānatus si appellat habetur pro nō infame quousq̄ durat appellatio & poterit interim testificari.& nu.9.

4 Si appellationem non prosequitur et sic appellatio deferatur lapsu temporis prosequendi.habetur retro pro infame.

5 Si fuit appellationem prosecutus & iudex appellationis pronuntiauit male appellatum & bene iudicatū redditur infamia non vt retro sed.vt nunc.

6 Iudex appellationis si pronūtiat male appellatum & bene iudicatum ipse debet sententiā suam exequi: sed si pronuntiauit appellationem

appellationem desertam: tũc iudex prime sententie exequitur suam.

7 Appellatio si extinguit iudicatum potest reuiuiscere ficte si appellatio deseratur: ⁊ si pronuntietur male appellatũ ⁊ bene iudicatum. videt̃ tunc iudicatum suspendi ficte: cum transfundatur in secundam sententiam.

8 Condemnatus de crimine publico ⁊ sic inhabilis ad testandũ incontinenti si appellat: efficitur habilis: nisi postea pronuntietur male appellatum. ⁊ nu. 6.

1 **Furti.** † Hic incipit exponere verba pretoris: de quibus. s. Et primo verbum furti vt intelligatur tam de manifesto ꝙ̃ de non manifesto. Secundo verbum damnatus seu condemnatus. nã debes scire ꝙ statim facta condemnatione est infamis infra 2 tempus appellandi: † nec obstat ꝙ nulla potest fieri executio pendente illo tempore: quia verum est ab homine vel a iudice: sed iste ꝙ condemnatus efficiatur infamis fit a lege vel a iure sicut sententia excommunicationis: quia statim trahit secum executionem non expectato tempore appellandi: ⁊ etiam quo ad alios effectus iuris ꝙ efficiatur seruus pene vel ꝙ perdat ciuitatem: vt. l. qui vltimo. de penis. ⁊ sic non obstat titu. nil no. appella. pen. ¶ Et hoc voluit Joannes in secunda gloss. ⁊ sic si interim testificaret̃ pro aliquo non valeret dispositio sua tanꝙ̃ 3 facta ab eo qui vere erat infamis. † Hoc premisso dubitatur de tribus. Primo si postea appellet quid erit de infamia. Et remittetur quod tollitur et quousq̧ durat appellatio habetur pro non infame ⁊ etiam re vera non infamatur: quia sicut appellatio extingit sententiam. l. j. in fine. ad turpil. similiter extingit effectum sententie: scilicet infamiam potest ergo interim testificari pro alio licet ante appellationem non potuerit ⁊ valet 4 testimonium quod dic vt statim dicam. ¶ † Secũdo queritur quid si appellationem non prosequitur et sic deseratur lapsu temporis prosequendi. Respondetur ꝙ retro habetur pro infame: quia per desertionem appellationis sentẽtia prima que erat rescissa fingitur non rescissa. ⁊ eodem modo infamia: et est perinde acsi appellatum non fuisset quo casu vere durasset et 5 perseuerasset infamis: nunc vero nõ vere sed ficte. † Sed tertio queritur quid si non deseratur appellatio: imo fuit eam prosecutus ⁊ iudex appellationis pronuntiauit male appellatum ⁊ bene iudicatum. Respondetur qd̃ eodem modo redditur infamia: tamen non vt retro sed vt nunc cum fertur secunda sententia: qꝛ prima sententia extincta non reuiuiscit vere vel ficte ergo nec infamia: sed virtus pene transfunditur in vltima sententia. Et ista vltima est illa que mittitur executioni non prima. ista ergo vltima est lata hodie. ergo hodie efficitur infamis vt ex nunc non vt retro: non sic in casu precedenti quando appellatio fuit deserta: quia tunc non potuit virtus prime transfundi in secundã que lata non fuit: vnde fuit necesse fingere qd̃ 6 prima resuscitaretur ficte: ergo retro reuertitur infamia. hoc dicit iste. §. subtilis ⁊ allegatus in pluribus. † Et per ipsum dicimus quod iudex appellationis si pronuntiat male appellatum ⁊ bene iudicatum: est ille qui debet sententiam executioni mandare: quia non est dare nisi vnam sententiam quam ipse debet prosequi: sed si non pronuntiauit male appellatum sed pronuntiauit appellationem desertam: tunc iudex prime sententie mandat executioni: quia tunc nõ est dare nisi vnam sententiam: vt. C. de episco. audi. aut. ibi posita. ¶ In gloss. j. pro eius declaratione queritur primo que sit ratio ꝙ si condemnatus appellauit pendente appellatione non est infamis. gloss. respondet quia per appellationem extincta fuit sententia. ⁊ in consequentiam etiam infamia que erat eius sequela: vt est tex. in. l. j. in fin. ad turpil. alibi ergo tenet qd̃ appellatio non extinguitur sed suspendit sententiam: vt no. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. s. de pac. ⁊ hoc per istum text. in ver. si autẽ omnia quia si extingueretur nõ posset resuscitari: vt. l. qui res. §. areã. de solutio. ⁊ tamen ille versi. innuit contrarium qui dicit quod deserta appella. retro infamis est: ⁊ sic ex prima sententia: ergo non rescissa sed suspensa propter appellationem et sic remansit substantia: ⁊ remota suspensione propter desertionem appellationis reperitur substãtia prime sententie ex qua efficitur infamis. Breuiter istud non obstat quia hic non resuscitatur vere sed ficte: quia fingitur non prouocatum ⁊ sententiam nõ fuisse rescissam. et sic dum dicit infamis est. exponitur. idest fingitur intelligendo tex. quando appellatio fuit interposita: sed eam non fuit prosecutus: vt nota. in sequen. glo. quod autem fuisset rescissa substantia. gloss. probat primo quia condemnatus de crimine publico et sic inhabilis ad testandum incontinenti si appellat efficitur habilis ⁊ potest facere testamentum ⁊ valet. intellige sane qd̃ ista validitas durabit si postea sentẽtia rescindatur qꝛ pronuntietur bene appellatum ⁊ male iudicatum. sed si pronuntietur contrarium male appellatum ⁊ bene iudicatũ vel deseratur appellatio. et sic prima condemnatio ficte resuscitetur extunc annihilabitur sicut si factum fuisset ante condemnationem: qꝛ secuta condemnatione que transiuit in rem iudicatam rescinditur vt. l. eius qui. de testamen. Item probat glo. qꝛ pendente appellatione nihil est innouandum virtute prime sententie: ergo fuit rescissa postꝙ̃ nõ potest fieri virtute ipsius. istud dictum fallit in multis casibus quos enumerat Angel. 7 hic satis notabiliter. sed non est materia nostra. ¶ † Sed nunc opponit glos. qd̃ non extinguatur. sed suspendatur qꝛ condemnatus de crimine publico: ⁊ publicatis bonis eius lꝫ per appellationem reponatur in pristinis terminis in quibus erat ante appellationem ⁊ sic possit alienare bona sua sicut poterat ante appellationem. ille tamen qui emit incaute emit: quia deserta appellatione restituet: vt. l. chirographis. j. de admi. tuto. glo. fatetur hoc tamen propterea non probat formã non fuisse extinctam sed bene probat posito qd̃ fuerit extincta: qꝛ tamen potest reuiuiscere ficte si deseratur appellatio vel non reuiuiscere sed transfundi in secũdam sententiã si pronuntietur male appellatum ⁊ bene iudicatum. quãtum ad hoc videtur suspendi: non tamen vere sed ficte. et hoc vult gloss. in effectu que est 8 subtilis. † ⁊ istud idem dixi in testamento. s. igitur. lꝫ valeat et non possit rescindi tanꝙ̃ factum ab inhabili bene potest tamẽ rescindi tanꝙ̃ ex causa de nouo superueniente sicut rescinderetur si factum fuisset ante condemnationem: et postea secuta fuit condemnatio que transiuisset in rem iudicatã: nam factũ fuit ab inhabili sed rescinditur ex inhabilitate postea secuta.

9 ¶ † Circa secũdam glos. queritur in ver. si autem omnia. dum dicit omnia tempora prouocationis: de qua prouocatione loquitur de quo tempore in gloss. sunt due opi. vna ꝙ loquatur de prouocatione non facta sed fienda: ⁊ de tempore prouocandi qd̃ erat olim biduum vel triduum: hodie decem dies. ⁊ vult dicere ꝙ si condẽnatus nõ prouocauit sed permisit labi tẽpus cõdemnandi: ⁊ sic condemnatio transiuit in rem iudi. retro est infamis. i. durat ⁊ perseuerat quia iam erat infamis p̱ sententiam: sed qꝛ poterat appellari. ista infamia videbatur stare in suspenso ratione futuri temporis lꝫ ratione presentis non staret: sublata ergo spe ꝓuocandi retro est infamis. ⁊ sic illud verbum est proprie stat. Secundo potest intelligi de prouocatione iam facta ⁊ de temporibus eam prosequendi que sunt annus ⁊ ex causa biennium: vt in aut. ei qui de tem. app. Et hoc magis conuenit litere dum dicit omnia tempora: qꝛ ad appellandum non est nisi vnum tempus ad prosequẽdum: sed sunt plura fatalia. Et tunc dum text. dicit est exponitur. i. fingitur quia per appellationẽ erat extincta infamia nec vere resuscitatur sꝫ fingitur resuscitari deserta appellatione quidã tamen quos glo. recitat in fi. dixerunt ꝙ non efficitur statim infamis facta condemnatione: sed demum postꝙ̃ transiuit in rem iudicatã: quia appel. pen. vel etiã tempore appella. non est innouandum. sed prima opi. Jo. est verior. ⁊ ad hanc oppositionem responde: vt s. dixi ſm Jo. qui tenet statim fuisse infamẽ effectum sed infamiam tolli ⁊ extingui per appel. ⁊ ex his respondetur ad questionem factã in glo. Si iste cõdemnatus interim ꝓ alio testificatus est: et postea deseratur appella. an testimoniũ reddatur nullum. ⁊ videtur ꝙ sic. arg. istius ver. si autem. breuiter si ante appel. fuit testificatus: tunc nõ valuit quia erat inhabilis cum esset infamis: vt no. s. eo. l. ij. §. miles. in glos. ⁊ tunc est clarum. sed si post appel. interpositã ⁊ sic tempore quo erat habilis dicendum est ꝙ valuit testimoniũ: sꝫ si appellatio deseratur vel pronuntietur bene iudicatum tunc est dubiũ an rescindatur. ⁊ docto. tenẽt ꝙ non: quia hoc tangit preiudicium tertij cui non debet nocere negligentia non prosequentis vel sñia confirmatoria: vt. l. iij. §. due cause. ad carbo.

2 ☞ Conuentus actione famosa non compareat ipse sed mittat procuratorem: qꝛ secuta condemnatione nec ipse nec procurator erit infamis.

3 Conuẽtus siue a principio seu ex postfacto mittat procuratorem ipse procurator qui est presens condemnatur.

1 **Si quis alieno.** † Hoc intendit: videlicet exponit tertiũ dubiũ dũ verba edicti dicunt suo nomine: quia condemnatus non suo nomine non est infamis vt procurator: defensor: tutor vel curator criminosi qui fuerunt in iudicio: ⁊ sic fuerunt condemnati non ex facto proprio: sed alieno: nec ex sua obligatione sed aliena. idẽ in herede criminosi qui condemnatur ex facto alieno lꝫ ex prima obligatione que fuit contracta adeundo hereditatem. Sꝫ quid erit dictis casibus de principali qui non fuit in iudicio: nec fuit condemnatus an erit infamis. videtur ꝙ sic: quia saltem ficte videtur condemnatus condemnato suo procuratore vel tutore: quod patet: quia talis sententia mittitur executio-

ni contra eum.l.plautius.§.titu.j.tamen dicitur contrarium quia non est condemnatus vere licet fingatur quo ad executionem sententie. Et hoc si litigauit a principio per procuratorem quia tunc ipse procurator condemnatur. † Est ergo consilium cum quis conuenitur actione famosa vt non compareat ipse: sed mittat procuratorem quia secuta condemnatione nec procurator erit infamis nec ipse quod perpetuo tene menti per istum textum in fi. quem docto. dicunt non esse alibi. † Innuit etiam iste tex. ꝙ si quis litigaret per seipsum: et postea mitteret procuratorem quod nõ esset condemnatus procurator: sed ipse ⁊ sic efficeretur infamis. glos. tamen hic tenet contrarium que incipit maxime. de hoc tamen dic vt in.l.j.C. de sententijs. et sic siue a principio siue ex postfacto mittat procuratorem: ipse procurator condemnatur qui est presens: non autem ipse qui est absens.

2 ☞ Clerici dicuntur simoniaci quãtumcũqꝫ modicũ premiũ consequantur ex facto: ⁊ incurrunt penas eorum.

3 Lex semper sic est restringenda vel amplianda vt nõ sequatur inhumanitas.

4 Pax facta data pecunia an prosit ad euitandum vel minuendum penam statuti.

1 **Pactus.** † Nota hic ꝙ pactio tunc infamat quando nõ est gratuita sed data pecunia quantũcũqꝫ modica secus si ea non data. hoc dicit. Nam primo casu versatur turpitudo quia non est verisimile ꝙ daret pecuniam si maleficium non cõmisisset ideo videtur confessus maleficiũ: vt.s.l. proxima. que confessio habetur pro cõdemnatione hoc casu. sed quando non dedit pecuniam presumitur non commisisse sed suam innocentiam gratis ⁊ mediantibus amicis purgasse et non prodesset non curaret reus interponere amicos vel precibus impetrare ne procederetur in actione vel accusatione qđ esset inhumanum. ¶ † In tex. ibi: quantũcũqꝫ. no. ſm Ang. contra clericos simoniacos ꝙ quãtũcũqꝫ modicum premium consequuntur ex facto dicuntur simoniaci ⁊ incurrunt penas eorum. ¶ † In fi.§.j. ibi quod erit inhumanum. no. ſm eandem legem semper sic esse stringẽdam vel ampliandam vt nõ sequatur inhumanitas. ⁊ per istum text. videtur ſm docto. † non prodesse pacem ad euitandum vel minuendum penam statuti que facta fuit data pecunia. Tu dic ꝙ imo prodest quia tunc fit etiam si constat de maleficio: quia statutum presupponit maleficium fore commissum tamen habenti pacem minuit penas. Nos loquimur quando fit pactum vel transactio super maleficio de quo adhuc non constat que ideo non est licita si sit data pecunia quia dans videtur confessus maleficium: ⁊ si non dat pecuniam non videtur confessus: non autem ad diminutionem pene pro hoc quod not. probatur.s. eod. athletas. in fi. dum dicit qđ bene prodest pax si fit post condẽnationem: qꝛ tũc constat de maleficio non sic ante.

a ¶ Pacẽ. dic qđ iudex põt rogare partes ad pacẽ iter quas diu fuit discordia. ſm Roma. cõsi. cxxvj. an tutor possit facere pacem de morte patris pupilli. vid ꝑ eundẽ ꝯsi. clx.

1 **Qui iussu.** † Iussus iudicis ⁊ etiam iuramentũ de maleficio non cõmisso excusat paciscentem etiã si dedit pecuniam. hoc dicit. In tex. ibi: nõ notatur hic ipse contradixit in dando pecuniam ⁊ tunc nõ videtur dedisse sponte: sed si non contradixit non videtur prodesse iussus iudicis quasi videat potius sponte dedisse ꝙ coacte. argumẽ.l. ait pretor.§. permittitur. de mino. Item intellige ſm Ray. quãdo erat maleficium dubium. vnde propter iussum non videtur confiteri sed potius iussui iudicis obedire secus si erat iam cõuictus de crimine quia tunc videtur potius in fraudem fuisse

2 factum iussum ad fraudandum edictum pretoris. † Et no. quia semper allegatur quod iussus iudicis excusat a crimine quod est verum in leuibus: secus in grauibus ad quod vide qđ not. j. ad legẽ aquil.l. liber homo. ¶ Glo. querit quid in iussu iudicis delegati. ⁊ arguit pro et contra. docto. distinguunt aut erat delegatus ad vniuersitatem causarum et habetur pro ordinario ⁊ excusaret sicut iussus ordinarij: aut erat specialiter dele-

3 gatus in illa causa. ⁊ tunc secus pro ratione glos. † Et no. ex ea quod iudex ordinarius vel delegatus non potest quem precise compellere ad transigendum vel contrahendum vel ad faciendum pacem[a] cum aduersario suo bene tamen potest suadere: ⁊ si sibi paretur parens excusatur quando non grauiter delinquit. vt hic ⁊. j. eod.l. liberorum.§. fina. hoc verum nisi inimicitia eorum esset scandalosa in republica: quia tunc bene posset compellere ad pacem: vt.l. si quis ingenuam.§. in ciuilibus. de

4 capti. ¶ † Item querit glo. quid in arbitro. docto. distinguunt inter arbitrum et arbitratorem: et in primo dicunt iussum eius non excusare: quia laudum arbitri non habet efficaciam per se sed ei paretur metu pene: sed laudum arbitratoris bene habet efficaciam de per se: quia habet vim transactionis: vt.C. de iudi. auť. si vero. vnde videtur coacte hoc fecisse non sponte. di-

5 cunt tamen † laudum arbitratoris non esse proprie transactionem: licet communiter dicatur contrariũ quia non habet specificum consensum partis: licet secus in trãsactione. ⁊ ideo potest arbitrator in totum absoluere vel in totum condemnare: licet in transactione proprie sumpta hoc non sit: quia non dicitur nisi aliquo dato vel retento. de trãsactio.C. de transactionibus. ⁊ vide Bar. in.l. qđ si ephesi.§. de eo qđ certo loco. d. Io. and. in titu. de arbi.§. iij.

Mandati. Hic incipit exponere verba pretoris q̃ sunt in.l.j. ver. que pro socio.s. eod. qui loquitur de condemnato ex contractu vel quasi quo casu infametur: qꝛ in quatuor scilicet quando in actione pro socio. Item quando in actione tutele. Item quando in actione mandati. Item in actione depositi. Et hoc verum quando in actione di-

1 recta ⁊ suo nomine non quando in contraria. ¶ † Modo: hic queritur in actione mandati contraria que datur fideiussori ad recuperandum pecuniam quã soluit pro debitore si debitor condemnatus est cum resistentiam fecisset an sit infamis. ⁊ respondet qđ sic. quia sic mandatarius condẽnatus in actione directa est infamis: quia fallit fidem si non perfecit mandatum vel male perfecit. ita ⁊ mandans hoc casu: qꝛ dedit fidem mandatario de restituendo qđ pro eo solueret ⁊ sic resistendo fidem fregit. ⁊ hoc vsqꝫ ad.§. illud. in alijs autem actionibus contrarijs secus vt in edicto pretoris. ⁊ hic in.§. fina. vbi redditur ratio: quia regulariter in actione contraria nõ agitur de fide ru-

2 pta: sed de calculo ⁊ computatione. ¶ † Item queritur secundo an in istis actionibus heres rei possit aliquando condemnari proprio nomine vt sic sit infamis: cum tamen regulariter dicatur condẽnari alieno nomine ⁊ ex facto alieno. s. defuncti: vt.s. ea.l.§. si quis alieno. in verbo vel heres. Et respondetur ꝙ in actione depositi vel mandati potest hoc contingere quando condemnantur ex facto proprio: qꝛ in re deposita vel mandata male habuit. nam per mortem defuncti mandatum vel depositum non erat finitum sed ad heredem transiuit. conuenit ergo heres ex cõtractu defuncti licet per suum factum. ideo est infamis: qꝛ in hoc ipse fidem fefellit: sed in actione tutele vel pro socio hoc non potest contingere ꝙ heres tutoris vel socij etiam propter suum factum condẽnetur suo nomine: quia tutela: vel societas finita fuit morte nec ad heredem transiuit. Et licet heres teneatur explere cepta per defunctũ si non explet vel male explet non conuenitur ex contractu defuncti actione tutele vel pro socio: sed alia actione ⁊ propter suum factum. et ideo: qꝛ in alijs actionibus extra illa: de quibus in edicto pretoris condemnatus non efficitur infamis similiter heres nõ efficietur. hoc in effectu dicũt isti tex. subtiles vsqꝫ in finem.§. simul. cum

3 glo. magna. que incipit nisi. ¶ † Glo. que incipit nisi que est posita. in fine.l. oppo. contra finem ꝙ damnatus in actione contraria efficitur infamis sicut damnatus in directa: vt.s.§. mandati. versi. non solum. gloss. dicit ꝙ fallit ibi: sed queritur ab ea postea an sicut condemnatus in actione contraria mandati in casu illius versi. efficitur infamis: quia condemnatus de tacita fide rupta. ita et in alijs actionibus quam mandati. Si condemnatus in actione contraria commisit perfidiam: et sic est condemnatus de fide rupta eodem modo efficiatur infamis quam quod sic propter eandem rationem. Ioan. contra: quia leges penales et odiose non sunt extendende vltra terminos et casus de quibus loquuntur: sed hoc non reperitur nisi in contraria mandati que datur fideiussori pro eo quod soluit. et ideo non debemus ad alias actiones famosas vel ad alium casum etiam in actione mandati vltra extendere. Preterea nõ esset differentia fienda inter directam et contrariam quod tamen voluerunt verba edicti: sed solum an quis esset condemnatus de fide rupta vel non qđ nõ fuit de pretoris mente. ⁊ hoc vult glo. in effectu.

1 **In actionibus.** † In ista lege dicit qđ licet in quatuor actionibus orientibus ex delicto: de quibus in.l.j.§. qui furti.s. eo. non solum damnatus suo nomine efficitur infamis ꝙ etiam qui non est damnatus vere: sed pactus vel transegit data pecunia similiter infamis efficitur non sic in quatuor actionibus orientibus ex contractu vel quasi: de quibus in ver. ꝑ socio. pactus vel ille qui transegit efficit infamis: sꝫ demũ qui cõdemnatus est per sñiam iudicis ⁊ redditur ratio: quia non tanta turpitudo versatur in orientibus ex contractu sicut in orientibus ex delicto. Non ergo illud verbũ pactus ne erit. positum. in ver. qui furti. in fi. intelligitur repetitũ

2 in sequenti versi. qui pro socio ⁊c. † Et sic dicta in vno capitulo legis nõ intelliguntur in sequenti et immediato capitulo. Sed contra de.l. queadmodum. ad le. aquil. Solu. que pertinent ad facti narrationem non intelliguntur repetita: vt hic. secus in pertinentibus ad iuris decisionem: secus in contrario: vel dic ꝙ hic

ꝙ hic erat diuerſa ratio propter diuerſitatem actionum: quia orientes ex delicto ſunt magis turpes ꝙ̄ orientes. ex contractu. de iſto articulo an dicta in vno capitulo. videantur repetita in ſequenti. dic vt plene per Bartolū in. l. pretor. §. j. ſ. vi bonorum raptorum.

1 **Genero inquit.** † Hic iuriſcōſultus incipit exponere verba pretoris poſita in. l. j. ver. qui eam. qui ver. loquit᷑ de illis qui notantur infamia ipſo facto nō ꝑ ſnīam ⁊ durant expoſitiones vſq; ad. l. quid ergo. §. ex cōpromiſſo. et primus caſus erat ibi in eo qui mortuo genero ſuo maritoq; filie ſue. cum hoc ſciret filiā ſuam alteri tradidit nuptui qđ erat prohibitum ꝓpter incertitudinem prolis: qꝛ poſſet naſci ex ea partus tali tēpore ꝙ eſſet dubiū: an eſſet ex primo marito: an ex ſcđo. vt ſi pareret poſt ſeptimū menſem. nā poſſet eſſet ſecūdi viri cum poſſet naſci in menſe ſeptimo ⁊ poſſet eſſe primi ſi a morte primi nō tranſiuerūt nouem menſes qꝛ poteſt naſci ⁊ naſcitur regulariter in nono mēſe. Item ne propter aliā rationē ne apud ſcđm virum oriatur aliqua ſiniſtra ſuſpicio de morte primi viri ⁊ ſic ſcādalum inter ipſum ⁊ vxorē. nam talis pater efficit᷑ infamis nō filia que iuſſu patris nupſit qꝛ iuſſus excuſat: vt in. l. liberorum. ¶ Queritur ergo de tribus in hac. l. primo quare pretor in verbis ſuis poſitis in illo. §. qui eam. cum eum mortuū eſſe sciſſet reſpondet᷑ ne ignorātia puniatur qꝛ ſi ignorabat eū mortuū nō cōtempſiſſet. l. vel edictū pretoris.

2 ¶ † Sʒ queritur ſcđo pone ꝙ ignorauit ⁊ ignorātia durauit ꝑ annū et vltra poſt mortem generi nūc peruenit ad notitiā ⁊ vult filiam maritari an poterit an debebit expectare per aliū annum vt ſic ſibi ignoranti nō ceſſerit annus: ſed debebat cedere a die ſcientie videbat᷑ ꝙ ſic. qꝛ ſicut ignorātia ſibi nō nocet vt infamis efficiat᷑ ita nec debeat ꝓdeſſe: vi durāte ignorātia cucurrerit annꝰ ⁊ ſic poſſit eā maritare alio anno nō expectato. contrarium ꝙ imo cucurrit annus ei ignoranti ⁊ ſic ad cōmodum ſuum licet non curreret ad incōmodum licet ergo ignorantia non noceat poteſt tamē prodeſſe.

3 ¶ † Sed tertio querit᷑ ex quo poteſt eam maritare non expectato alio anno cum dicta mulier propter ignorantiā mortis non mutauerit veſtes nec aliquod ſignum fecit de morte an anteꝙ̄ maritet᷑ debeat mutare veſtes in reuerentiam primi viri ne videatur ipſum contempſiſſe. ⁊ reſpondetur ꝙ ſic. nā vna ⁊ eadem die poterit veſtes mutare ⁊ induere lugubria et ea poſtea tollere et alteri nubere nec videtur feciſſe contra edictū ⁊ ſic ceſſat ratio prohibens quia non poteſt eſſe dubiū nunc de prole.

4 ¶ No. primo ꝙ ignorans non delinquit nec punitur ⁊ ſic ignorantia excuſat ab vtroq;. † Sed op. extra gloſ. ⁊ docto. ꝙ imo ſi pater ignorat mortem generi ⁊ nihilominus filiā ſuā alteri maritat multomagis incurret infamiam: quia non minus imo plus delinquit ꝙ̄ ſi ſciret. nā cum ignorat credit eā nuptam licet non ſit maritando eā alteri delinquit: qꝛ nō poteſt habere duos maritos qđ in eccleſia continetur in. l. j. dum dicit binaſve nuptias. Solu. lʒ videat᷑ fuiſſe ſua intentio ꝙ haberet duos maritos tamen rei veritas ſe habebat in cōtrarium poſtꝙ̄ primus erat mortuus: de illa intentione nō punitur: ſed potius inſpicitur veritas ꝙ̄ opinio: vt. l. inter omnes. §. recte. ſ. de furtis. et non punitur ꝙ cōtempſerit annum luctus: qꝛ ignorabat ipſam debere lugere poſtꝙ̄ credebat maritum viuere. ¶ Opp. ſecundo contra ſecundū dictum ꝙ tempus non currat ignoranti: vt. ſ. de calumniato. l. annus. in fi. Solu. non currit ad eius incōmodum vt poſſit dici negligens vt aliquod damnū vel penā cōſequatur: vt. l. contraria. ſed bene currit ad eius cōmodum cum nō habeat aliud tēpus expectare. ita loquitur hic. ¶ Ad tertium opp. ꝙ erit iſta vna deriſio ſumere veſtes lugubres ⁊ eadem die dimittere et alteri nubere. Solu. hoc fit in memoriam primi viri ⁊ ad euitandam

5 infamiā facti: qꝛ ꝑ hoc oſtendet ſe mutaſſe veſtes: qꝛ ignorauit mortē viri mutatura ſi ſciuiſſet. † Extra predicta Barto. ponit hic aliqua verba notabilia dicens: ꝙ ignorans poteſt allegare ſuam ignorantiam ad euitationem pene. Et ſic ad eius cōmodum: vt in primo caſu hic. Item alius non poteſt allegare cōtra eum ignorantiam ad illius incommodum: vt hic in ſecundo caſu: quia non poteſt alius dicere tu ignoraſti mortem viri vnde annus luctus non incepit tibi currere: expecta ergo ꝙ currat: nam poterit ipſa allegare ꝙ imo cucurrit quia erat

6 ſibi vtile ꝙ cucurriſſet nō damnum: vt hic in. l. inter omnes. §. recte. de furtis. † Si ergo aliquis interfecit bannitum qui poterat interfici ex forma ſtatuti quem tamen ignorabat eſſe bānitum: vnde nunc dicit᷑ ꝙ ſtatutum ſibi non prodeſt poſtꝙ̄ ignorauit quia nō videtur voluiſſe eo vti. ⁊ ſic allegatur ignorātia ad ſuum damnum poteſt ipſe replicare ꝙ ignorantia ſua non nocet ſibi ſed prodeſt poſtꝙ̄ veritas erat ꝙ erat bānitus vt ſic inſpiciatur potius veritas ꝙ̄ ſua credulitas per illū. §. recte. Sed ſi allegaretur non ad ſuum incōmodum ſed vt non lucraretur vt ſi ſtatutū dicat ꝙ preſentans bannitū habeat tantum premium vel occidens ⁊ aliquis preſentauit vel occidit tamen ignorabat ipſum eſſe bannitum bene poteſt allegari ignorantia contra eum vt propter eam non lucretur cōmodum qm̄ ad hoc vt cōſequatur lucrum non debet facto occidiſſe vel preſentaſſe ſed ex propoſito: vt. l. ſi quis ingenuus. §. vtrū. ad ſilleia. ⁊

7 ſ. de condi. ⁊ demon. l. ij. cum ibi no. † Dicit etiam ꝙ cōſtitutio epī ſtatuens ꝙ executores vltime voluntatis non exequentes infra annum ſint priuati ⁊ executio deuoluatur ad eum debet intelligi quando ſciuerunt executionem ad eos deuolutam et tunc currat annus ſecus ſi ignorauerūt iſta fuit queſtio diſputata. Nam quidam dixerunt contra ⁊ etiam dicunt qđ de facto

a ita ſeruatur ſiue ſciuerunt ſiue ignorauerunt[a] currit annus: qꝛ hic non agitur de cōmodo vel incōmodo ⁊ potius eſſet cōmodum: qꝛ euitarent laborem executionis. de hoc vide per Bart.

8 in. l. fi. §. j. C. cōmu. de lega. † Et adde aliam qōnem de qua per Bar. in. l. fi. ſ. ſi quis teſta. liber eſſe ſue iuſſus. ſi ſtatutum dicat ꝙ poteſtas non poſſit inquirere de aliquo maleficio retro cōmiſſo per annum. et aliquod maleficium fuit occulte commiſſum et annos tranſiuit an poterit inquirere. ⁊ Barto. ibi: non ſoluit: qꝛ tunc pendebat de facto. Guillel. de cu. poſuit vnā doctrinam in. l. ſi cum extraneo. §. ſi quis clemēter. ſ. quod metus cau. ꝙ tēpus prefixum ad accuſandum vel inquirendum propter odium accuſationis vel inquiſitionis currit ignoranti et ſic non patitur inquirere. Item regulare eſt ꝙ tēpus legale in dubio in continuum currat ꝙ̄ ex poſtfacto: vt no. gloſ. no. ſ. de diuer. ⁊ temporali preſcrip. ſuper rubrica in fine. Et hāc partē videtur tenere Bald. hic. Sed Ange. contra ⁊ dicit ſe habuiſſe de facto et obtinuiſſe cauſam. rationes ſue ſunt ſatis debiles.

9 nā † allegat illā glo. rubrice per contrariū ꝙ tempus legale ſit vtile cū dicat contra qđ eſt continuum.

[a] ¶ Ignorauerūt. An executori ignoranti currat annus. vide ꝑ Ludo. ro. cōſi. ccxxvij. ⁊. ccccix.

1 **Vxores viri.** † Proſequitur eādem materiā de qua in. l. precedēti. Et primo de vxore que tenetur lugere maritum per annum ⁊ abſtinere a ſecundis nuptijs qđ ſi non facit efficitur infamis vt in edicto pretoris. Et determinat aliqua dubia circa hoc vſq; ad. l. liberorū. §. notabitur. poſtea de illo qui non ducit infra annum luctus: vt. l. quid ergo. §. ſi quis in alieno. poſtea de illo qui eodē tempore cōtraxit binas nuptias vel bina ſponſalia: vſq; ad. §. compromiſſo. qui caſus omnes comprehēduntur in verbis edicti pretoris: de quibus in. l. j. §. que cauſa. vſq; in fine. l. et in iſta cum. l. ſequē. declarantur quatuor dubia: ſcʒ duo in qualibet earum.

2 ¶ † Nota ex primo caſu iſtius legis ꝙ ſtatim mortua vxore maritus pōt accipere aliā abſq; metu infamie: licet ſecus econuerſo: quia non timetur perturbatio ſanguinis ſicut econuerſo: vt. l. liberorum. poſt prin. in veſtibus tamen ſꝫm conſuetudinē debet lugere. Secundum dictum dum dicit ſpōſi em̄ dic ꝙ propter illam dictionem em̄ que eſt continuatio. ⁊ videtur loqui in eodem caſu. Iſte ver. videtur legi tribus modis in glo. primo vt ponatur ſponſi. i. mariti. et ſic repetit idem quod ſupra dixerat. vel proprie et tunc addit alium caſum vt ſicut maritus non tenetur lugere vxorē

3 ita nec ſponſus ſponſam. † Vel tertio ⁊ iſta eſt melior et vtilior ꝙ licet vxor teneatur lugere maritum; ſponſa tamen per verba de futuro non teneatur lugere ſponſum nec in habitu: quia nō tenetur veſtes mutare nec etiam ſpectare per annum quod non nubat eadem ratione: quia non timetur perturbatio ſan-

4 guinis. † Idem tenet gloſ. notabilis in vxore contracto matrimonio per verba de preſenti nondum tamē ducta quia eadem ratio eſt. Alie ergo leges que ipſam infamant ſi nubat infra annum loquuntur quādo fuerat ducta et conſummatum ma-

5 trimonium per carnis copulam. ¶ † No. hic: ꝙ ſolus princeps poteſt concedere licentiam nubendi infra annum non inferior magiſtratus: qꝛ ſolus princeps poteſt tollere legem ſicut ⁊ eam facere. ⁊ dic ꝙ in reſcripto debet eſſe clauſula non obſtante aliqua lege contrarium diſponente: al's reſcriptum non valeret tanꝙ̄ ſurreptitium niſi diceret ex vera ſcientia ꝙ tantum valet quantum clauſula derogatoria. Sed oppo. ꝙ inferior a principe poſſit hoc concedere ant᷑. licet infamia ſit cōtracta vt nō contrahatur: vt. ſ. eo. facti. §. qui iuſſa. ſol. ibi loquitur quando ſuꝑ maleficio de quo non cōſtabat ſed erat dubiū: an fuiſſet cōmiſſum vel nō quo caſu tranſactio data pecunia facit preſumi cōmiſſum: vt. l. qm̄. ſʒ ſi fiat iuſſu iudicis ceſſat dicta preſumptio. Nos loquimur in caſu quo conſtabat infamia debere incurri ſi fieret: vnde inferior a principe nō poteſt hoc impedire vel tollere. Et idem eſſet in caſu iſtius. §. ſequen. ſuper delicto qđ conſtabat fore cōmiſſum iudex permitteret tranſigi data pecunia: quia non euitaretur infamia: imo ſicut ex condemnatione efficeretur

6 infamis. ita ex tranſactione. ¶ † Item nota ex ſequen-

ti parte ꝙ infra annum luctus mulier potest contrahere sponsalia per verba de futuro absqꝫ metu infamie. videtur etiam eadem ratione: ꝙ possit contrahere matrimonium per verba de presenti dūmodo nō consummet: qꝛ cessat suspicio perturbationis sanguinis. per id quod not. in. l. precedēti. hic tamen est dubium: quia licet esset illa ratio subest alia. scꝫ quando facta est inhibitio: vt not. ꝭ. l. proxi. Et allegatur iste ver. in argu. 7 ꝙ † mulier que gessit tutelam filij si non reddita ratione contrahit sponsalia cum alio non incurrit penas de quibus. C. de secun. nup. aut. eisdem penis. quod est verum. ſm Angel. quia text. in corpore illius aut. loquitur de illa que nupsit ⁊ non de illa que sponsalia cōtraxit: sed an priuetur tutela statim ꝙ contraxit sponsalia.[a] dicit Angel. forte ꝙ non. Bartol. in. l. si quis sub conditione. de testamē. tutela. aut. fine. quā Ange. non allegat tenet expresse contra ꝙ imo eoipso ꝙ apparet eam contrahere velle qđ satis apparet ex contractu sponsaliorum desinit esse tutrix etiam si non contraxit sponsalia sed iuit ad iudi. 8 ⁊ petijt licentiam contrahendi dic vt ibi. † Item inducitur ad statutum ꝙ vir lucretur dotem vxoris premortue ꝙ si sponsa de futuro dederit dotem ⁊ premorietur nō lucrabitur dotem: quia non erat vxor: sed sponsa.[b] Et hoc est verum licet sponsus fecisset magnas expensas. de hoc in. l. non sine. C. de bo. que liber. per Cy. 9 † Sed oppo. ꝙ idem ius debet esse de sponsalibus qđ est de matrimonio: vt. l. oratione. ꝭ. de spōsa. glos. non soluit dic ꝙ prohibitio matrimonio perpetua prohibitione prohibentur etiam sponsalia per que peruenitur ad ipsum: sed si nō perpetuo: sed temporali: vt hic secus vt licet prohibeatur matrimonium infra annum non prohibentur sponsalia: vt hic.

Liberorum.

1 † Nota ꝙ licet mulier debeat lugere liberos aut parentes vel alios consanguineos non propterea tenetur abstinere a nubēdo per annum: quia cessat 2 ratio prohibitionis. ¶ † Item no. in. §. j. quod licet vir non sit lugendus propter suum delictum quod tamen sic dic: vt. ꝭ. §. non solent. tamen vxor debet abstinere a nubēdo infra annū: quia tunc etiam habet locum ratio ꝓhibitionis. In quo ergo non est lugendus si debet abstinere infra annum. Respondeo in vestibus: quia non tenetur eas mutare nec tristitiam ostendere de mortis culpa illius viri contingentis. 3 † et hoc not. pro illis quorum consanguinei propter eorum delictum iustitiati sunt ad mortem vt non debeant ostendere tristitiam nec in habitu nec in actu zelo reipublice. 4 ¶ † Item no. rationem quare fuit introductus annus luctus propter timorem turbationis sanguinis. Est ⁊ alia ratio: vt in gloss. tamen illa non consideratur eo casu quo nō est lugendus: licet prima consideretur vt hic: que tamen cessare potest: lꝫ mulier alium ducet: vt hic in ver. pompo. sed in vere lugendo licet cessaret ratio turbationis sanguinis: vt in casu ver. pompo. non posset mulier durante alia ratione ſm ver. vt no. glo. que incipit cum vir. que semper allegatur ⁊ probatur in. l. si non lex eliescentia. de heredi. insti. ꝙ quando sunt due rationes: licet vna cesset si alia non cessat locum habet dispositio quando quelibet per se sufficeret alias 5 secus ar. in. l. si heredi plures. de condi. insti. ¶ † Super gl. que incipit bona ratio. queritur si nubat infra annum et nascatur puer post septem menses: ⁊ sic dubitatur an sit ex primo viro ex quo potuit esse: an ex secūdo ex quo etiam potuit esse: quia non transiuerat vltra. ix. menses querit cui succedit iste natus: an primo viro: an secūdo. ¶ Et fuit questio disputata per Ja. de belui. ⁊ per Baldum in sua iuuentute: vt inquit Angelus. breuiter videtur ꝙ neutri succedere possit: et neutri hereditatem petere possit nisi probet cuius sit filius nec etiam retinere propter incertitudinem que habet vitiare intentionem suam. Si enim petat hereditatē vnius tanꝙ filius eius habet probare quod sit filius: vt. l. ei qui. ꝭ. de probat. et similiter si ab eo petitur cum sit in possessione ⁊ excipiat ꝙ ad eum pertinet: qꝛ filius cum intentio agentis sit fundata si non est filius habet necesse probare: quia in ex. imbre. fundata intentione actoris reus quo ad onus probandi videtur actor: vt. l. in ex. imbre. de probat. posset autem probare ꝙ sit filius secundi mariti: quia secundus tenuit ipsum ⁊ reputauit filium. vide quod not. in. c. michael. de filijs presbyte. Super alia glo. que incipit cum vir posita. in versi. pompo. opponitur si verum est quod hic dicitur ꝙ cessante dubio turbationis sanguinis cesset prohibitio nubendi non debuit induci prohibitio annalis: quia transactis quatuor mensib⁹ a die mortis primi viri cessat dubitatio predicta: qꝛ si post quatuor mēses nubat ⁊ pariat erit certum de quo viro sit propter hoc dixit Joan. istū ver. pompo. loqui eo casu quo vir non est lugendus. Nā tunc est verū ꝙ cessante dicta ratione cessat prohibitio: sed quādo vir erat lugendus nō cessat: quia illa sola nō est ratio prohibitionis: sed alia de qua in glo. ⁊ ideo fuit statutus annus. ⁊ ita cōmuniter tenetur: licet Azo intellexit indistincte istum tex. sꝫ tunc ad oppositionem nostrā. 6 ¶ † Item opponit ꝙ hodie cessent iste leges licet nubat infra annū quia nec est infamis nec patitur alias penas quas olim patiebatur per. l. j. C. de secund. nup. propter dictum apostoli Pauli. Mortuo viro statim vxor nubat in domino. glos. fatetur contra. vt in. c. vltimo: vel penul. de secun. nup. et ista opi. cōmuniter seruatur[c] per Barto. licet alie pene que imponunt mulieri secundo nubenti in fauorem filiorum primi mariti: de quibus in alijs legibus illius ti. de secun. nup. non sunt sublate per dictum apostoli: vel per ius cano. quia non fuerant imposite ex eo ꝙ nupserit infra annū: sed ex eo ꝙ secundo nupsit. Alij sunt in contraria opi. quia non fuit intentio apostoli tollere penas ciuiles. sed ostendere quando possit mulier contrahere matrimonium cum alio vt valeat: quia nō viuente primo viro etiam si diuortium mittat quod olim erat: sꝫ demum matrimonio soluto: qꝛ matrimoniū est hodie inseparabile viuente vtroqꝫ quod olim non erat: qꝛ poterat dissolui diuortio sine morte sed hodie non est. ⁊ sic titu. de diuor. est receptus: vt not. in. l. diuortio. ꝭ. de nego. gest. tamen precedens opi. tanꝙ benignior seruatur cōmuniter.

Notatur.

1 † Hic loquitur de illo qui duxit in matrimonium mulierem nubētem infra annū luctus. Nam efficitur infamis sicut ipsa si sciens duxit dubitatur nunc de aliquibus. Primo quid si ignoranter. ⁊ respondetur ꝙ si ignorauit factum: puta quod nuberet infra non est infamis si ignorauit ius quia bene sciebat quod nubebat infra annum: sed ignorabat ꝙ propter hoc resultaret infamia: quia ignorantia sibi non prodest quominus infamis efficiatur. tene menti ꝙ ignorantia iuris nō excusat ab infamia. Sed contra de no. in. l. j. vbi glo. dicit: ꝙ infamia nō incurritur nisi ratione doli: qui autem ignorat ius non est in dolo: sed in lata culpa: ergo lata culpa sicut nec dolus infert infamiam. gl. notabiliter dicit hoc verum in infamia que incurritur per sñiam: quia nō nisi feratur ratione doli hic de illa que incurritur ipso facto in quo sufficit lata culpa. tene menti. ¶ Item opponitur ꝙ ignorātia iuris excuset: vt. ꝭ. de adulte. l. si adulterium cum incestu. §. fratres. glo. dicit verum esse in mulieribus non in masculis. Sed hic loquitur in masculo ducente vxorem. Ange. dicit: ꝙ etiā mulier non excusaretur propter ignorātiā iuris hoc casu: quia est quodammodo iuris naturalis: vel quasi naturalis qđ nō excusat: vt no. in. l. regula. de regu. iur. igitur ⁊ hoc satis placet. Secūdo dubitatur iste qui eā ducit si est sui iuris et scienter eam ducat infamatur: quid si erat in potestate patris et iussu eius duxit. respondetur ꝙ nō infamatur ipse qui obtēperauit patri lꝫ posset nō obtemperare si voluisset tamē obtemperādo excusatur pater vero qui iussit vel passus est cum posset prohibere not. infamia. Tertio dubitatur quid si pater postꝙ iussit mortuus est vel illum emancipauit ⁊ ille retinuit eandē vxorē. respondetur ꝙ propterea nō incurritur infamia sufficit enim ꝙ interueniat iussus a prin. Quarto ⁊ vltimo dubitatur quid si non iussit sed postea quando duxit ratum habuit. respondet ꝙ propter hoc ipse pater non incurrit infamiam qꝛ pretor notauit primum. s. qñ iussit ⁊ non sequēs tempus. aliud est enī iu2 bere aliud ratum habere hoc quarto ⁊ vltimo. ¶ † Et sic no. ex hoc vltimo ꝙ qñ requiritur consensus alicuius in principio ⁊ postea interuenit ratum habeat nō sufficit. vnde si statutum dicat ꝙ mulier ⁊ minor nō contrahant sine cōsensu propinquorꝫ si non interuenit consensus: lꝫ postea propinqui ratū habeant cōtractum non reconualescit ad hoc allegatur iste tex. circa qđ vide Bald. in. l. j. C. qui admit. ad bono. pos. ⁊ glo. in cle. penul. de sponsa. Circa qđ not. ꝙ interdum requiritur consensus alicuius in preiudicium ipsius ne sibi fiat preiudicium ignoranti vel contradicenti ⁊ tunc non refert an interuenerit a principio vel ex postfacto: vtroqꝫ enī casu valet actus: qꝛ de natura consensus est vt possit interuenire ante et post: et tunc habet locū regula ꝙ ratihabitio retrotrahitur et mandato vel consensui cōparatur: vt in. l. fi. C. ad macedo. Interdū requirit cōsensus non ꝓpter preiudiciū illius qui habeat consentire: sed ꝓpter preiudiciū illius cui est consentiendum vt in casu preposito: ꝙ minor vel mulier non contrahat sine cōsensu cōsanguineorū ⁊ tunc cōsensus requirit ad similitudinē autoris autorizantis:[d] Ratio qꝛ per ipsum integratur persona minoris vel mulieris. Ratio tunc est sicut autoritas debet interuenire in ipso actu: vt in. l. obl. §. tutor. de auto. tuto. ita ⁊ iste consensus. Et in hoc stat intellectus huius questionis.

Quid ergo. Si quis alieno.

1 † Hic icipit exponere multa verba edicti

---

[a] ¶ Sponsalia. Uide Bal. cōsil. cclx. lib. ij.

[b] ¶ Sed sponsa. de hoc late per Abb. cōsi. suo. j. ⁊ p eundē Pau. cōsi. lxxviij.

[c] ¶ Seruatur. an pene edite cōtra secūdo nubētes hodie seruētur. vide p Joan. de ana. consi. gl. per Ancb. ꝯsi. cclxx.

[d] ¶ Autorizātis. autoritas in ipo actu consensus etiā pōt interuenire: vt per Ro. cōsi. cccl vj.

edicti pretoris posita in.l.j.in fi.ff.eo.de illo qui suo nomine vel pro se vel pro eo vel ea quem vel quam habet in potestate eodē tempore contraxit vel passus est contrahi bina sponsalia vel binas nuptias. Nam vterq; efficitur infamis cum quilibet debeat stare contentus vna vxore vel vno viro. Circa que verba occurrunt quinq; dubia que hic declarantur. Primum est qd de extraneo qui mandato vnius cōtraxit pro illo an erit infamis ꝛ dicitur ꝙ non sed solum pater qui habet illum in potestate. Secundū est quare potius pater ꝙ̄ extraneus. Et respondetur quia id qđ facit pater ipse videtur fecisse. Nam sine consensu patris nō poterat isto tempore filius vel filia matrimonium contrahere vnde debuit pater ꝛ potuit prohibere quod cum nō fecerit merito infamatur. Tertium dubiū quia verba dicunt eo tempore: quid si diuersis temporibus fuerunt contracta respondetur ꝙ idem si tamen eodem tempore ex postfacto reprobentur remanere qꝛ non inspicitur initium sed progressus. Quartum dubium est verba dicunt bina sponsalia binasq; nuptias. Quid si contraxit sponsalia cum viro: ꝛ postea nuptias cum altero. iste casus non comprehenditur in verbis edicti sed dicitur ꝙ cōprehenditur in sententia. Quintum dubium est quid si prima sponsalia erant valida vel primum matrimonium. secūdum vero vel secūda sponsalia erant inualida qꝛ contracta cum consanguinea vel cōsanguineo. Respōdetur idem vt infamentur qꝛ verba edicti denotant factum non autē
2 validitatem eius. ¶ †Ex primo dicto not. casum in quo mandans punitur qꝛ infamatur ꝛ mandatarius non punitur quia non infamatur. Sed contra. C. de accusa.l.non minus. vbi punitur vterq;. Sol. ibi in his que sunt de genere prohibitorum si quis em̄ occidi vel percuti facit per alium ille qui percutit est principalis delinquens sed mādans est accessorius ꝛ sic vterq; punitur. Sed hic matrimoniū vel spōsalia que per aliū fuerūt cōtracta noīe alterius non sunt nec erāt de genere prohibitorum ꝫ cōtrahens infametur qꝛ cum duobus contraxit: sed per
3 actum nō infamatur. ¶ †Circa secundū queritur que sit ratio ꝙ pater qui habet in potestate potius punitur ꝙ̄ extraneus. Respondetur qꝛ sine consensu suo filius vel filia contrahere non poterat. C. de nup.l.si vt proponis. vnde cum possit impedire ꝛ non impediuit plus punitur ꝙ̄ extraneus qui prohibere nō potuit imo sic passus est filium vel filiam contrahere sciens: vt.ff.
4 in.l.liberorū.§.fin. †Et illū tex. ꝛ istum Bar. inducit ad qōnem de matre que neglexit petere filio tutorem vel tutelā assumere infra annū. Nam si pupillus moritur in pupillari etate priuatur hereditate eius ꝛ deuoluitur ad sequentē in gradu proximiorem. patet ergo ꝙ ista mater habebat patrē in cuius erat potestate qui est proximior sequēs ꝛ qui passus fuit matrē negligere: an hereditas pupilli deuoluitur ad eum matre exclusa. ꝛ dicit ꝙ cū ista questio esset de facto ipse allegat istos text. contra patrem qui tanq̄ legitimus administrator matris potuit hāc negligentiā matris corrigere ꝛ non pati ꝙ annus laberetur et dicit ꝙ nesciebat magis ꝓpitiores tex. allegare ad hoc ꝙ̄ istos.
5 ¶ †Circa tertiū dictū no. ſm eundē: vt si eodem tpe videantur duo in studio simul licet simul non venerint: sed diuersis temporibus ꝛ sic contraxerunt ex postfacto non a principio: vt hic
6 in ver. qđ ait. ¶ †Ex quarto dicto in ver. item si alterius. nota diligenter ꝙ qui contraxit sponsalia cum vna si postea cōtraxit matrimoniū cum altera: ꝫ sponsalia rumpantur ꝛ matrimoniū valeat nihilominus infamatur: qꝛ rumpit fidē prime: qđ
7 est verū si non renuntiauit primis sponsalibus: alʼs secus: vt in l.j.C. de spon. ſm docto. ¶ †Alterius no. ex vltimo dicto ꝙ punitur quis si fecit actū ꝓhibitum: ꝫ actus non valeat. Sꝫ cōtra de.l.ea quidē. ff. man. ita fuerit ali. qꝛ paria sunt actū gestum nō fuisse vel gestū fuisse ꝛ non valere: vt.l.quoties.ff.qui satisda. cog. sol. qđ hic dicitur contigit: qꝛ pretor qui prohibitionem fecit potius inspexit factū ꝙ̄ iuris effectum. sciebat em̄ ꝙ cū duobus nō poterat quis habere licitū matrimonium vel licita sponsalia: postq̄ ergo ꝓhibuit ne post cōtractū factum cū primo fiat
8 cum altero videtur sensisse de facto cum altero etiā nulliter qꝛ nō insimul etiā fieri poterat. †Aduertendum tamen ad hoc vt propter ipsum incurritur infamia debet esse validum respectu forme ꝛ prime apparentie: ꝫ tamē nullum sit in substantia. Si enim non esset forma seruata ꝛ sic esset nullum duplici ratione non incurreretur infamia. ſm Bar.

1 **Ex compromisso.** †Hic iurisconsultus post expositionē verborum edicti incepit determinare aliqua dubia circa materiā. ¶ Nota hic: ꝙ sententia arbitri non habet infamare: ꝫ lata sit
2 super delicto famoso. Et ratio est quia talis sententia nō habet efficaciam. †Non em̄ producit actionem in factum neq; executionem: ꝫ metu pene sibi parcatur ideo non potest ab ea appellari: vt.l.j.C. de arbi. Pretor aūt dū in suo edicto locutus est de condēnato intelligitur habuisse respectum ad cōdemnationē validam que de se producit actionem in executionē. ꝛ hoc vult dicere tex. dum dicit nō per omnia sententia est. vnde dicit Bar.
3 ꝙ †si forma statuti sñia arbitri vel arbitratoris haberet efficaciā ꝛ deberet mitti executioni sicut sententia iudicis bene infa
4 maret. argu. hic a contrario sensu. ¶ †No. etiam ꝙ de crimine potest cōpromitti qđ est verum q̄tum ad effectus ciuiles ꝛ ad penam applicandā parti nō ad effectus criminales quatenus deberet priuari pena applicanda fisco vel corporaliter qꝛ hoc cōcernit rempublicam.l.licitatio.§.qđ illicitis. de publi. vnde non propter priuatum hoc tolleretur per cōpromissum: vt.ff.
5 de pac.l.si vnus.§.item ne experiatur. cum pluribus si. ¶ †Nota etiā glo. que est hic ꝙ confessio facta coram arbitro nō infamat sicut nō infamaret eius sententia. Et dicit Ange. ꝙ nō est alibi. nec etiam infamaret confessio facta coram iudice incōpetente nec valeret sicut nec sententia: vt in.l.at si clerici. de iudi. ꝫ nec alius actus facti gestus coram eis infamaret: licet si esset cōpetens iudex infamaret: vt.l.j.in prin.ff.eo. dum dicit eo ve cui de ea re ꝛc. ꝛ ibi tetigi. ſm Ange.

1 **Quantum.** †Interlocutoria non infamat: licet diffinitiua infamaret.l.ob hec verba. j.eo.titu. Nam verba edicti pretoris dum loquuntur de cōdemnato nō possunt intelligi nisi diffinitiue alʼs non diceretur condemnatus: vt.j.de re iudi.l.quod iussit. Glo. tamen hic dicit ꝙ bene quis efficitur infamis infamia facta per hec verba ꝓlata
2 a iudice. †Itē si a patre qđ tene menti. ꝛ caueas diligenter non irritare patrem ne prorumpat contra te ad verba iniuriosa et opprobriosa que si prolata essent a iudice diffinitiue incurrerent infamiam iuris. Nam saltem incurrunt infamiā facti ꝛ faciunt repelli a dignitate et etiam repelli admitti ad querelam ipso instituto a fratre tanq̄ instituta turpi persona: ꝛ etiam repelli a testimonio. iuxta no.l.cassius.ff.de senato. licet quidam contra in hoc ꝛ ista not. semper in effectu a quibus est potissime cauendum.

1 **Pena grauior.** †Si pro pena pecuniaria infliatur personalis q̄ reputatur maior ꝛ grauior cēsetur cum infamia dispensatum. ꝛ condēnatus nō efficitur infamis: secus si pro pecuniaria minori imponatur pecuniaria maior ꝛ hoc siue agatur criminaliter de delicto siue ciuiliter. h.d. iste.§. famosus ꝛ vulgaris qui etiā habet materiam satis difficilem. Et primō ponitur dictum in genere vsq; ibi: vt puta. Secundo exemplificatur ꝛ sic procedat qñ personalis imponatur pro pecuniaria. Nam cū grauatur in vno releuatur in altero nec non fit infamis. Et etiā loquitur qñ de crimine agebatur criminaliter ad penā applicandā fisco ꝛ hoc vsq; ibi: sed et si in causa. Tertio limitatur dictum vt non habeat locum qñ pro pecuniaria minori imponatur pecuniaria maior ꝛ loquitur quando de delicto agebatur ciuiliter ad penam applicādam parti ꝛ sic vsq; ibi: quāuis. Quarto redit ad primū exemplum quando pro pecuniaria fuit imposita personalis. Et dicit ꝙ hoc fieri potest etiam eo casu quo de crimine agebatur ciuiliter ad penam applicādam parti: quia iudex potest imponere corporalem ꝛ sic preiudicaret agenti in pecunia-
2 ria qđ tamen qualiter procedat est dubium. casus. ¶ †No. primo ꝙ iudex potest imponere grauiorem penam pro delicto ꝙ̄
a lex vel statutum dicat. ꝛ eodēmodo potest imponere minorem[a] vt.C.eo.l. ꝛ si seuerior. Sed contra quia dicitur ꝙ hoc faciendo debet puniri eadem pena quam imponere debuit: vt.ff.ne sanctum baptis.l.fi.in fi. ꝛ.j.ad le.iul.pe.l.lege iulia.in fi. sol. verum est quando causa iusta hoc fecit secus si iniusta causa. Et potest esse iusta vel si auget delictum vel minuat vt in exemplis positis. in glo. magna. vel non auget delictum vel minuit: sed propter aliud bonum publicū: qꝛ multis grassantibus in eodem delicto delinquentibus ad terrorē oportuit aliquem grauius punire vt alius abstineret: vt.l.aut facta. de penis. in fi. Aduertendum tamē ꝙ qñ causa ob quā minuit penam minuit etiam delictum. puta: qꝛ deliquit sine dolo tamen cum culpa lata vel delinquens erat minor ꝛ sic merebatur veniam vel erat multū
3 antiquus. ꝛ sic nō reputabatur tam magnum delictum. †Iste cause minuentes delictū minuunt penā. ꝛ ita censetur cum infamia dispensatū. ꝛ ita loquitur.l. ꝛ si seuerior. C.eo. Sed si causa auget delictū qđ qñ sit pulchra exempla ponuntur in.l.aut facta.j.de penis. tunc non videtur verum ꝙ pena sit grauior ꝙ̄ lege caueatur. Et ideo tunc non cēseretur cum infamia dispensatum nec in isto casu ꝓcederet qđ hic dicitur: sed solū quando nō auget: ꝫ propter aliud bonū publicū fuit imposita grauior pena: quia multis grassantibus fuit locus exemplo. hoc casu loquitur iste tex. Sed qđ si nulla causa fuit ꝛ sic iudex veniebat puniendus vtrum censeatur esse dispensatū cum infamia. glo. magna. sentit ꝙ sic: qꝛ delictū iudi. potius debet prodesse con-

a ¶ Minorē. ꝫ qđ si siue cā mutet vel minuat penā an puniatur ꝛ qualiter. vide p Lu. roma. sing. suis. fol. iiij.

demnato. quia plus grauauit sine causa q̄ si subesset aliqua causa ergo debet releuari. ¶ † Item not. in primo exemplo ꝙ pena personalis grauior est omni pecuniaria. Posset tamen esse contrarium si esset vilis et vellet potius portare mitram vel fustigari q̄ soluere iuxta not. in l. in seruorum. in fi. de pe. ¶ † Item no. in secundo exemplo ꝙ licet sit actum actione furti non manifesti ad duplum valet sententia que condemnat in quadruplo tanq̄ sit manifestum. Sed cōtra diuerse sunt actiones competentes ad duplum pro non manifesto et ad quadruplum pro manifesto et diuersa sunt delicta. Sed si est intimata vna actio et feratur sententia in altera in qua non fuit lis contesta. non valet: sed nouo iudicio opus est. l. non potest videri de iudi. dixit Guil. de cu. ꝙ hic non fuit intentata actio furti nō manifesti. licet text. hoc videatur dicere: sed potius manifesti ⁊ ita fuit dictum in libello tamen ista qualitas manifesti non fuit probata propter quod furtum potius censebatur manifestum tamen iudex condemnauit in quadruplo. ista sententia ideo valuit: quia nō discrepat a petitis imo se conformat cum libello tamen grauat postq̄ nō erat probata qualitas Barto. non approbat: quia si in libello fuit expressa qualitas furti manifesti debuit probari alias non potuit ferri sententia in furto non probato. vnde ipse tenet ꝙ in libello non fuit specificata qualitas furti: sed simpliciter dictū ꝙ rem subtraxerat: nec probauit ꝙ fuisset furtum manifestum vnde debebat potius condemnari in duplo et condemnauit in quadruplo quia non discrepat a libello sed est iniusta quia non fuit probata qualitas que mereretur hanc penam. ¶ † Ex vltimo dicto not. mirabile ꝙ licet quis egerit ad penam applicandam sibi iudex potest condemnare ad penam corporalem et sic preiudicare parti. videtur enim extraneum. nam fuit ciuiliter actum. ⁊ condemnatio videtur acta criminaliter nec potuit iudex auferre ius quesitum parti. Dicit glos. ꝙ hic addidit penam corporalem ad pecuniariam. non autem abstulit pecuniariam. vel dic ꝙ abstulit tamen ex eo si criminosus nō erat soluendo quo casu pecuniaria transfertur in corporalem. Barto. reprehendit ⁊ hic multa verba effundit circa §. huius. §. et loquitur subtiliter. vide hic per eum quia longum esset omnia sua verba recitare. ¶ † Quero quid si ꝓ pena pecuniaria iudex deportauit vel cōdemnauit in metallum. Bal. tenet nō habere locum quod hic dicitur. quia per tales penas perditur status cum perdatur ciuitas vel libertas vnde non potest reuocari fama. debet ergo intelligi quod hic dicitur in prius quando imponitur talis pena personalis per quam status non tollitur vel minuitur: vt est relegatio ad tempus et idem si fustigaretur vel mitrarietur. Non obstat. ⁊. eo. ictus fustium: q2 ibi si fuit imposita grauior pena q̄ l. diceret. ¶ Et aduertatis: q2 iste. §. est satis notabilis et famosus valde. Nunc sciendum ꝙ in isto. §. sunt quatuor glos. recitande. In prima que incipit pone in eodem oppo. contra tex. dum dicitur in primo exemplo si eum qui in parte bonorum mulctari debuit preses relegauerit ⁊c. † Et sic innuit ꝙ relegationem tantum patitur nō publicationem bonorum contra quod imo vtraq̄ penam tā pecuniariam q̄ personalem: vt. C. de episco. audien. l. nemo la. ij. dic ꝙ ibi est casus specialis in quo per eandem legem imponitur duplex pena pro eodem delicto. ⁊ tunc vtraq̄ est imponenda vt ibi nisi iudex vellet expresse contra. quod esset si diceret impone talem penam pro tali ꝙ tunc solum illam pateretur. ſm glo. Regulariter autem non ita est: quia vna sola imponitur. Barto. dicit ꝙ vbi due essent imponende si imponatur vna videtur altera remissa absq̄ eo ꝙ altera exprimatur nec censetur altera cōdemnatus a lege nec deberet a iudice condemnari postq̄ leges imponentes diuersas penas vna tantum esset imponenda vt in l. senatus. cum ibi plene no. ⁊. de accu. Et idem si ab eadem lege imponerentur alternatiue non copulatiue: vt. C. de seruis fugiti. l. iij. seu. ij. et tunc cuius sit electio: dic vt ibi not. ¶ Item oppo. in fi. eiusdem glo. contra primum exemplum ꝙ non valeat condemnatio in pena corporali si veniebat imponenda pena pecuniaria: quia non debet fieri sententia in alio q̄ petitum sit: vt in. l. fi. C. de fideicom. liber. glos. fatetur ꝙ in casu isto valet ꝙ dicit esse mirabile et non assignat rationem. † Tu dic nō esse mirabile quando accusatur quis criminaliter de crimine in quo venit imponenda pena pecuniaria: quia in accusatione non habet verum concludere ꝙ imponatur pecuniaria. sufficit enim ꝙ narret delictum commissum ⁊ petat eum puniri nō exprimendo penam: licet in libello in causa ciuili necessaria sit conclusio ad certam rem vel quantitatem. non sic in criminali quod dic vt not. Cy. in. l. exemplo. C. de falsis. ⁊. l. in causis. de accu. Et si dicatur sententia debet esse nulla ex alio capite: quia continet expressum iuris errorem. respondetur non esse verum propter arbitrium quod datur iudici imponere nobis etiam aliter q̄ l. disponat ex causa rationabili et sic ꝙ possit augere vel minuere: vt. ⁊. de penis. l. hodie. Et per hoc est expedita illa glo. que ponit tria exempla in isto ver. vt puta. ¶ † In secunda glo. que incipit. scilicet conseruanda oppo. contra tex. dum dicit cum eo transactum ⁊c. Nam innuit ꝙ per transactionem tollatur infamia. imo inducitur: vt. s. e. athletas. §. sed cum. l. sequen. et. l. furti. §. pactus glos. soluit tribus modis. primo ꝙ non est intentio iurisconsul. contradicere ꝙ per transactionem tollatur infamia: sed per duriorem penam sicut in causa ciuili per transactionem tollatur actio prima. vel dic ꝙ contra loquitur cum transigitur super crimine. hic vero cum super fama vel dic ꝙ hec transactio fit mediante autoritate pretoris que excusat ab infamia: vt. l. furti. §. qui iussu. posset tamen aliter solui: sed non est vis: quia oppositio est leuis. ¶ Tertio in tertia gl. que incipit imo opponitur cum hic dicitur ꝙ si fieret imponatur grauior pena pecuniaria: quia pro duplo cōdemnatur ad quadruplum nō censetur sublata infamia: quia maior est infamia q̄ alia pena pecuniaria cum honor sit preferendus omni pecunie: vt. l. iulia. si quis ex causa testa. Sed contra de. l. furti. s. vbi videtur contra glo. soluit multis modis. finaliter dic vt not. s. e. athletas. §. fi. in glo. vlti. quia ibi nō fuit proposita actio famosa furti: sed rei veri. vel conditio que non infamat etiam si maior fiat condemnatio q̄ debuerit fieri per iuramentū in litem. sed quando proponitur actio famosa furti: licet maior pena imponatur non censetur cum infamia dispensatum. Aliud est ergo querere an maior pena faciat quem infamari qui ideo fuisset infamatus si deinde fuisset ꝯdemnatus. aliud an maior pena tollat infamiam que non fuisset orta si talis maior non fuisset imposita ei. Expedite sunt iste tres glos. prime. veniamus modo ad glo. mag. quam recito per tres opiniones ⁊ per tres questiones vt clarius habeatis. Glo. magnā recito per tres opiniones vsq̄ ad ver. vt hic ⁊ per tres questiones vsq̄ in fine. prima opi. que concernit totum. §. lz glo. sit signata super fine opponitur ꝙ non sit in potestate iudi. augere penam vel minuere: sed hoc consistit in potestate legis mortue vel viuentis vt principis: vt. l. ad turpilianum. et. l. moris. §. iste fere de penis. ⁊. l. j. §. fi. de questionibus. ¶ Sol. postq̄ iudex imposuisset penam per sententiā diffinitiuam functus esset officio suo nec posset eam penam augere vel minuere sed solum princeps vel qui locum principis tenet: quia non recognoscit superiorem saltem de facto. Sed anteq̄ imposuit datur sibi a lege arbitrium vt ex causa possit augere vel minuere: vt l. hodie. ⁊. de penis. † Sed contra secundo ꝙ imo non detur: sed puniatur si auget vel minuit: vt. l. fi. C. ne saltem val. et. ⁊. ad l. iulia. pe. l. lex iulia. circa finem. verum est si sine causa iusta alias habet arbitrium sicut dictum est. † Que autem sint cause glos. hic enumerat tres causas sufficientes ad minuendum quas not. Nam † ille cause minuunt etiam delictum ⁊ tunc loquitur lex et si seuerior. C. eo. ne censeatur cum infamia dispensatum propter minoritatem delicti. Et not. glo. ꝙ delictum reputatur minus vel leuius in antiquo vel iuuene[a] q̄ in homine prouecto ⁊ commissum sine dolo q̄ cum dolo et quotidie isti casus eueniunt ⁊ pauci sunt qui perpendant ⁊ sciant aliquem defendere et bene est si quis habeat pre manibus liberare quem a morte propter istas causas. In augendo vero ponit vnam que nō auget delictum vt cum multis crassantibus locus fuit exemplo ad terrorem aliorum quo casu loquitur iste. §. Sunt et alie plures que colliguntur ex. l. aut facta. ⁊. de penis. propter quas delictum augetur: puta ratione loci quia commissum in platea vel in ecclesia vel in palatio et tūc non habet locum iste §. quia tunc non imponitur maior q̄ l. caueatur. ¶ Sed tertio opponitur quia sunt multa crimina in quibus nō imponitur certa pena per. l. terminata: sic non poterit videri vel perpendi an sit aucta vel diminuta. glo. respondit et bene ꝙ imo non poterit si consuetum fuerit imponere talem ⁊ imponatur maior vel minor et hoc vsq̄ ibi vt hic. ¶ Nunc queritur primo quomodo et quando procedit quod hic dicitur. et in. d. l. et si seuerior quod pena aucta vel diminuta tollitur infamia. glo. ponit hic vnam distinctionem longam. Ex qua collige quatuor regulas duas negatiuas et duas affirmatiuas. et tene menti istam glo. que est valde magistra et subtilis. Prima regula in pena pecuniaria vt indistincte siue imponatur maior pro minore siue minor pro maiore: item siue causa cognita siue sine causa si delictum erat famosum non censetur cum infamia dispensatum. Ratio est quia infamia est maior pena omni alia pena pecuniaria. argumen. in. l. iulia. si quis omissa causa testa. Secunda pena est quādo pecuniaria imponetur pro temporali ⁊ multo magis vt indistincte non tollatur infamia. Alie due sunt affirmatiue. vna quādo tēporalis imponitur pro pecuniaria vt indistincte siue cū causa siue sine causa tollitur infamia pro hoc habet

[a] ¶ Vel iuuene. Idē dicas in nobili q̄ i ignobili. ⁊ qd etati ⁊ nobilitati i penis iponēdis iudex afferre debeat. voluit Fulgo. cōsi. clviij. ⁊ Rap. cu. cōsi. xcv.

hoc habent. §. quod tamen. Intellige sane nisi corporalis minuat vel tollat statum quia facit perditionem ciuitatis: vel libertatis. vt. s. dixi. sm Bal. vt. l. cognitionum. de var. cognitio Alia regula affirmatiua est quando imponeretur corporalis pro corporali. ⁊ tũc glo. distinguit aut maior pro minore ⁊ tollitur infamia per principium vsqꝫ ad. l. licet exempla que postea ponuntur non sunt de isto casu. aut imponitur minor p maiore quo casu loquitur lex ⁊ si seuerior. ⁊ tunc distingue aut cũ causa que minuit delictum ⁊ tollitur infamia. aut sine causa: ⁊ nõ tollitur: imo iudex punitur. sit ergo cautus iudex vt in sententia faciat mentionem de causa: vt sic non puniatur ⁊ cõdemnatus non infametur. ¶ Secunda est eo casu quo imponitur pena corporalis maior vel minor: et sic censetur dispensatum cum infamia finito tempore an saltem eo durante ⁊ sic durante tempore sit infamis. Glos. quod sic vt colligitur ex dicta. l. et si seuerior. si tamen non esset pena temporalis: sed instantanea

16 puta fustium tunc non est infamis ea durante. ¶ † Tertio ⁊ vltimo queritur: finito tempore pene finitur infamia quando pena fuit aucta vel minuta cum cognitione cause. Sed an

a criminosus finito dicto tempore recuperet [a] honorem deperditum vt si fuit relegatus ad tempus ⁊ sic nõ fuit vsus officijs publicis an finito tempore possit vti: vel si fuit priuatus aliquo officio particulari vsqꝫ ad actum tempus an finito tempore possit illo vti vel debeat admitti ad alia officia de quibus non fuit priuatus. Glossa hic notabiliter ponit vnam pulchrã distinctionem ⁊ longam quam tene nec in ea habetur quia nõ reperio in aliquo eam reprobari. non sunt alia.

1 **Crimen stellionatus.** ¶ † Dubium istius. §. cõsistit: quia si non est crimen publicum sed priuatum videbatur non infamare: quia non continetur inter quatuor crimina priuata ex quibus infamatur que ponuntur in. l. j. §. qui furti. s. eodẽ. Si enim esset publicum non esset dubium quia condemnatus de quolibet crimine publico est infamis. vt in. l. ĩfamare. de publi. iudi. sed responde ꝙ imo videtur contineri sub illis quatuor: quia succedit loco actiõis de dolo que est famosa ⁊ datur ad interesse priuatum: sed ad penam publicam potest dolosus accusari crimine stellionatus ⁊ tunc dãnatus est infamis sicut dãnatus in actione de dolo. si aũt succedit loco alterius actionis que non infamat tunc secus: ⁊ ita loquitur. l. ij. j. de crimi. stellio. que contrariatur huic. sed glo. soluit vt dixi. Sequitur. l. seruus cuius.

1 **Seruus cuius.** ¶ † Heres damnatus etiam ex facto suo famoso non infamatur si fuit damnatus ex instantia cepta cum defuncto. hoc dicit notabiliter et sic nota

2 quod † instantia iudicij transit in heredem. ⁊ ad hoc allegatur etiam. l. ⁊ si hominem. de fideius. al's si cũ hominem. ¶ In tex. ibi dñs accepit per contestationem litis factam cum eo. ⁊ sic si fuisset condemnatus dñs non fuisset effectus infamis: qr non fuit conuentus ex suo delicto sed ex delicto serui sed ipse dominus decessit nondum lata snia instituto seruo cum libertate in quem non transit instantia. cuius virtute condemnatur videbatur infamari: qr ipse condemnatur ex delicto suo vel propter delictum suum. ⁊ sic nomine suo videbatur condemnatus. contrarium dicitur qr condemnatur ex instãcia cepta cũ domino: ⁊ sic potius nomine alieno ꝙ suo. ergo ⁊c. s. e. furti. §. si qs alio tenementi. ¶ Opponitur pro declaratione glo. ꝙ imo iste seruus succedens si condemnetur efficiatur infamis qr videt potius suo noie ꝙ nomine dñi condemnatus. Nã obligatio qua ipse seruus tenebatur ex suo delicto, erat principalis. illa vero qua tenebatur dñs noxaliter pro eo erat accessoria sed quãdo principaliter obligatus succedit obligatio accessorie extinguitur accessoria ⁊ durat principalis. vt. l. generaliter. de fideiuss. ergo non videtur condemnatus de accessoria: sed ex sua principali. gl. soluit qꝺ tunc accessoria confunderetur quando principalis esset ciuiliter ⁊ vniuersaliter obligatus: qr tunc principalis est potentior. ideo confundit accessoriam. hic vero nõ erat obligatus nisi naturaliter: sed dominus accessorie erat obligatus ciuiliter ⁊ naturaliter. ⁊ sic erat potentior ista accessoria: per. l. quam allegat glo. sed hec solutio non est bona sm Bal. quia seruus postea factus liber ciuiliter ⁊ naturaliter obligatur vt patet ex sequenti. q. glo. ideo dic ꝙ posito quod obligatio dñi esset accessoria qr in iudicium erat deducta. ⁊ sic ppetua non tollitur: licet coniungatur cum principali. ¶ Sed tunc

3 querit glo. † an poterit iste seruus postea factus liber conueniri ex sua persona omissa instantia prime litis. glos. tenet ꝙ sic. ⁊ tunc infamabitur si cõdemnetur non tñ poterit simul conueniri ex persona sua ⁊ etiam ex persona dñi defuncti: qr p eodẽ cõueniretur bis quod non est dicendum.

1 **Notatur que.** ¶ † Mulier: que per calũniam fecit se mitti in possessionem bonorum nomine ventris efficitur infamis si de hoc condemnet: secus si decepta hoc fecit. h. d. ista. l. vsqꝫ ad. l. ob hec verba. ⁊ iste casus non ponitur in. l. j. s. eo. sed ponitur hic per iuriscon. propter hec qr pretorem decepit lꝫ nõ condemnetur de delicto publico vel priuato sed de sola calumnia commissa in delicto publico vel priuato. Tria ergo requiruntur vt sit infamis scꝫ quod per calumniam sciens se nõ esse pregnantem vel non marito predefuncto fecit se mitti in possessionem bonorum defuncti tanꝙ de eo esset pregnans. vt tit. de vẽtre in posses. mitten. Secundo quod esset sui iuris vel quod nõ fecerit iussu patris. Si autẽ erat in potestate patris ⁊ eius iussu fecit pater notatur non ipsa. Tertio quod fuerit de hoc condemnata ⁊ sic non infamatur ipso facto: sed per sententiam. sꝫ quero si per statutum inducatur infamia ⁊ ex statuto non apparet an voluerit incurri ipso iure facto vel pro sententia. Dic ꝙ in dubio mitior interpretatio facienda est ⁊ sic requirit snĩa sm Cyn. ⁊ Bal. C. de legi. l. ij. in fi. ad qꝺ facit ista lex nõ alia.

1 **Ob hec verba.** ¶ † Interlocutoria p quaꝫ quis pronuntiatur calumniosus instigator litis non infamat. h. d. sm vnam lectu. vel dic idem si diffinitiue. Nõ tamẽ declaratur qualitas instigationis. Si autem declaratur dic vt in glo. qr aut instigator ⁊ coadiutor qr producit testes ⁊ similia facit. et tunc infamatur al's non ⁊ sm intellectum primum qꝺ loquatur de interlocutoria cum qua concordat. l. quid ergo. §.

2 quantum. facit quod † bannitus de crimine famoso non sit infamis quia bannum est interlocutoria non diffinitiua: vt not. in. l. eos. C. de calum. de hoc tãgitur per Bar. j. l. littus. circa fi. ⁊ per Bal. C. de fur. l. etiam. vbi vide plene per eũ. Et sm primũ

3 intellectum no. † ꝙ dum dicitur sententia quod interlocutoria vocatur snĩa sed non proprie qr cum loquimur de sententia vimur loqui de diffinitiua: vt. l. quod possit. j. eo. de re. iur. ¶ In tex. ibi callido commẽto ⁊ dolosi. ¶ In tex. ibi. instigator. vide hic quod no. in cle. j. de penis. ¶ In tex. ibi pudor potius honoratur. i. incurritur infamia facti non iuris. ¶ In fi. l. ibi mãdatoris opera fungit. i. dicere nõ infamat: lꝫ fuerit instigator eo mõ quo infamaret si fuisset mandator. ꝙ instigatio põt fieri duobus modis vel sufferendo vel coadiuuando: ⁊ tũc nõ incurritur infamia. vel coadiuuando ⁊ tũc secus. vt in glo. lꝫ mãdator punitur sicut principalis. In gl. ij. ibi. alij dicunt dic ita procedit casum ponẽdo ꝙ ista fuerit snĩa diffinitiua. ⁊ tunc distingue vt in hac gl. ⁊ adde. j. de extraor. crimi. l. j. §. si qs in po-

4 stulando. contra illos † qui susurrant in auribus iudicis cõtra aliquem quod deliquerit ad hoc vt iudex contra euꝫ procedat ⁊ postea reperitur qꝺ non est verum an ille debet puniri. Nam dicitur instigator non tñ coadiutor an plus puniatur ⁊ nota

5 bene glo. sic sm Ang. † qr non ita bene reperitur de diuersitate istorum vocabulorum: qr mandator in plus se hꝫ: ꝙ exhortator vel monitor vel cõmendator vel cõsultor vel pmissor. vnde statutum loquẽs de mandatore non vendicat ibi locũ in aliquo de predictis.

2 Snĩa lata cõtra testes accusatos de falso non nocet parti que ipsos pduxit sed debet alia snĩa ferri cõtra partẽ vt sentẽtia infirmetur.

3 Si quis fuit cõdẽnatus de falso instr̃o hoc nõ nocet alteri illo vtenti nisi de nouo cõtra eum pronuntietur.

4 In arbitrio iudicis est seq dicta testiũ vel nõ sequi ⁊ pbatiões in lite dependẽt ex arbitrio iudicis.

5 Periurus quando sit infamis.

1 **Lucius titius.** ¶ † Snĩa lata cũ parte per quã declaratur testẽ falsum dixisse non nocet testi vt incurrat infamiam tanꝙ falsarius. h. d. vel sic. Si alter ex litigãtibus succumbat: qr nõ fuit data fides testibus per ipm inductis tanꝙ dixerint falsum nõ nocet testibus vt videant de falso condẽnati ⁊ sic non efficiunt infames. h. d. ⁊ est sing. casus q

2 semper allegatur. † Sic ecõuerso lata contra testes accusatos

b de falso nõ nocet [b] parti q̃ ipsos pduxit vt per hoc snĩa retractetur: vt no. in. l. j. C. qui accu. nõ pos. seu. de accu. per Cy. dꝫ ergo alia sententia ferri cõtra partem: vt sententia infirmetur vel cõtra testes vt infamentur qr res inter alios acta alijs preiudi

3 care non potest. † Et idem in instrumento si pars que produxit instrumentum fuit repulsa: vel succubuit tanꝙ instrumentum fuerit falsum hoc non nocet alteri vtenti illo instrumento: nisi de nouo contra eum pronuntietur. vt. s. de fide instr. l. si vteris ¶ In tex. ibi. quasi iniuriam passius ⁊ sic egit actione iniuriarum ⁊ induxit testes ad probandum iniuriam quos fecit examinari ⁊ postea dicta eorũ tradidit iudici ⁊ iudex absoluit reũ

a ¶ Recuperet. an restitutus intelligat integre restitutus. vide p An. barb. ꝯsi. xlviij.

b ¶ Non nocet. de hoc p alex. i. l. se pe. in repet. j. de re iud. p sign. de medio. ꝯsi. cclix.

non adhibens fidem testibus q potuit esse vel quia non plene probabant ꝛ tunc non sequitur non probant: ergo sunt falsarij: vel quod expresse reprobauit tanq̄ dixerint falsum: vt in textu ibi quorum testimonium reprobatum est. ꝛ tunc ideo non sunt falsarij: q2 ista sententia non fuit lata contra testes: ꝫ cōtra actorē pro reo: vnde siue iusta siue iniusta fuerit nō debet nocere testi. vt in fi. Et iste itellect⁹ est notabilior ꝛ vtilior: sic ergo lꝫ notarius sit cōdēnatus de falso nō nocet parti habenti instrumentum si non fuit in processu citata[a] vel contra eam non fuit inquisitum. ad quod vide Inno. in. c. causam. qui fi. sint legi. tene menti istum singularē casum. †No. etiam hic q in arbitrio iudicis est sequi dicta testium vel non sequi. pro quo. j. de testibus. l. iij. ibi dum dicit. tu magis scire potes ꝛc. Nam probationes in lite dependent ab arbitrio iudicis. sic etiam no. Bart. C. vnde vi. l. si qn̄. ꝛ Bart. in. l. non hoc. C. vnde cogna. ¶ Pro declaratione magne gl. opponit q imo sint infames postq̄ sint reprobati tanq̄ falsarij vt in legibus alleg. in gl. Soluit glos. duobus modis. Primo q non fuerunt reprobati tanq̄ falsarij s̄m quē non fuit eis habita fides. vnde non sequitur ergo dixerint falsum. Ista est vera in se. tamē rō que ponitur in fine. l. non veniret ad propositum. Dic ergo q fuerunt expresse reprobati tanq̄ falsarij ꝛ tunc ratio facit ad propositum. q2 ideo nō nocet sententia: q2 non fuit lata contra eos sed contra eum: qȯ non probauerat quod intendebat. ¶ †Sed videtur opponi secundo pro declaratione glo. q2 ista sententia probat eos saltem esse periuros sed periurus est infamis. l. si qs maior. C. de trāsactio. gl. notabi. dicit non esse verum q semper periurus sit infamis: q2 si iurat aliquid de presenti vel de preterito qȯ tamen non sit verum non est periurus. ꝛ ita fuit hic: q2 testis iurat de presenti vel de preterito. Sed si iurat de futuro q2 promittit aliquid dicere vel facere cum iuramento ꝛ non facit tunc bene efficitur infamis. quia dupliciter delinquit. Nam fallit fidem parti. item deo. ꝛ ita loquitur. l. si quis maior. sed si nō iuraret parti sed sibijpsi: puta quod non comedet carnes: vel quod comedet etiam si in futurum non erit[b] periurus: quia non fallit fidē quia glo. semper allegatur in hoc nec reperio ipsam reprobari. Tamen mihi videtur quod ista que dicit glossa non fuerint necessaria hic: quia dicta sententia sicut non probat eos falsarios: ita non probat eos periuros quia non possunt dici periuri nisi falsum dixerint. tene tamen menti hanc glossam an periurus sit infamis q2 semper ad eam recurritur.

a ¶ Citata. An noceat pti snia lata ꝫ notariū de falso accusatum vide p eūdē cōsi. lxxx.

b ¶ Nō erit. an piurus sit q fidē fallit sicut qui iurat. vde p do. de rota. decisi. suis. de iureiu.

c ¶ Necessaria. de hoc latissime p d. fran. de are. cōsi. clxiiij. ꝛ ibi an citātibus requirat in notorijs.

2 ☞ Executio in notorijs tantū vꝫ quantum snia. ꝛ in notorijs ꝓsequitur executiue. ꝛ nu. 3.

3 Crimen qn̄ dicatur notorium.

4 Confitens extra iudiciū secuto ictu fustiuꝫ: vel in iudicio sine ictu efficitur infamis. vide tn̄ nu. 6.

5 Confessus in iudicio in ciuilibus habetur pro condēnato: nō in criminalibus. ꝛ qualiter procedat. ꝛ nu. 6.

6 Cautela ꝓ reo qui dubitat cōdemnari ex cā famosa q ante litis contesta. soluat ꝛ euitabit infamiam.

7 Condemnatus ex inquisitione super crimine famoso an sit infamis.

1 **Si titij seruum.** ❡ † In isto. §. non gessit negotium peculiare. sed negotium cõcernens personã serui: qꝛ dedit pecuniã vt nõ occideretur sed quia putabã ipsum esse seruum vnius ⁊ erat seruus alterius. dubitatur quis illorum teneatur mihi restituere pecuniam quã solui: cũ tamẽ vtiliter gesserim. qꝛ personã serui conseruaui. ⁊ q dicitur ille ad quem re vera pertinet. non obstante falsa opinione gerentis. ❡ Pro declaratione glo. magne in prin. oppo. duobus modis. Primo q nõ possit repetere a sempronio qui erat verus seruus dñi id qð dedi tibi ne occideres eum: qꝛ possum illud a te repetere per condic. ob turpẽ cau. cũ versetur turpitudo ex parte tua tantum. glo. rñdet q imo non possum a te repetere: qꝛ nõ dedi nomine meo cũ scirem ipsum non esse meũ. sed dedi nomine dñi. ⁊ sic debeo repetere a dño. ⁊ dñs repetet a te. innuit ergo gl. q si possem a te repetere nõ repeterem a dño. sed hoc nõ est verum: qꝛ ista actio põt cõcurrere cum alia actione contra diuersas personas. vt. s. eo. l. ij. §. fina. possum ergo repetere tam a te per condictionẽ ob turpẽ cau. ⁊ tunc nõ repetam a dño ⁊ etiã a dño per hanc actionem. et tunc non repetam a te sed ipse dñs a te repetet si ratum habeat. alꝛs secus vt. ĩ. titu. j. l. si quis ab alio. Sed cõtra dum dixi si ratum habeat quia non videtur q possit habere ratum postq̃ nõ dedi nomine titij quem putabam esse dñm: quia istud negotium non videtur pertinere ad aliquẽ re ipsa sed ratihabitione. non enim feci impensam in personã serui: quia tunc diceretur pertinere ad dñm re ipsa puta si fuisset infirmus ⁊ fecissem ipsum curari. sed feci propter personã serui. ⁊ sic dicit̃ pertinere ratihabitione ad illum cuius cõtemplatione gessi si ratum habet vt. ĩ. proxi. §. sed ego gessi non contemplatione sempronij. sed titij ergo non potest sempronius ratum habere vt a te repetatur: quia per hoc non facit negotium suum. glos. soluit tribus modis et sic stat in opinione q nõ dicatur suum negotium re ipsa. docto. tenent contrarium. quia paria sunt impendere in ipsam rem ne pereat vel ditior stat ⁊ sic tenetur q a sempronio possum repetere etiaꝫ si ratum non habet postq̃ negotium est suum re ipsa: quia necesse habet ratum habere. ipse tamen tũc non repetet a te postquam non habet ratum. et sic cessant ille solutiones glo. nam. l. pomponius. ĩ. eod. loquitur in negotio quod est alienum re ipsa non in eo quod ratihabitione. quia tunc non cogeretur ratum habere. postea glo. ponit vnam distinctionem super negotio q potest ad aliquem pertinere ra-

tibabitione: ideo dici potest quia anteꝗ̃ ratum habeatur non est suum. sed per ratibabitionem potest effici suum. pone exemplum si aliquam rem quam possidebam vendidi que erat tua. Nam istud negotium potest ad me pertinere duobus concurrentibus: scz ꝙ vendiderim nomine tuo. ⁊ ꝙ tu ratum habeas non autem potest ad te pertinere re ipsa. quia nullam impensam facio in ipsa re nec ipso gestu: quia non solui creditori tuo pro te nec cura tua vel solicitudine ideo dicitur pertinere ratibabitione illis duobus concurrentibus. et etiã requiritur tertio ꝙ tale negotium vel simile non pertineat ad aliquem aliũ
2 re ipsa. vt. j. proxi. §. in fine. † dicit ergo glo. ꝙ tres sunt casus. Aut istud negotium gessi meo nomine: quia credebam esse dominum et nomine meo vendidi. aut gessi nomine tuo quia nomine tuo vendidi. aut gessi nomine cuiusdam tertij: quia nomine eius vendidi. In primo casu si vendidi nomine meo. ⁊ tu ratum habes vt possis a me repetere pretium. glo. dicit ꝙ ista ratibabitio non facit negotium tuum postquam non est gestũ nomine tuo. et sic non potes repetere pretium nec resultat inconueniens: quia datur tibi regressus cõtra emptorem ad rem et emptor recuperabit a me pretium sed si cessaret regressus cõtra emptorem. quia res esset vsucapta prescripta vel perempta tunc si nõ posses repetere pretium resultaret inconueniens ꝙ perderes rem et pretium ⁊ ego locupletarer cum tua iactura si peruenit ad me ex causa lucratiua. si em̃ ex onerosa q2 eam emi sed si non lucrarer pretium cum tamen soluerim vẽditori meo quantum receperim ab emptore meo. l. ciuitatibus. in fin. j. de lega. j. et si cessaret quod statim dicam. isto ego isto casu quãdo res est perempta vel prescripta et ad me peruenit ex causa lucratiua ne efficiar locupletior cum tua iactura potes in subsidium ratum habere venditionem et habebis vtilem negotiorum gestionum non directam. postꝗ̃ tuo nomine nõ est gestũ. vt in dicta. l. fina. Sed Marti. dicit ꝙ etiam re non perempta nec prescripta si ratum habes potes a me per hanc actionem repetere pretium per. l. mater. in fi. C. de rei vendi. glo. non fatetur dicens illam legem intelligi secũdum predicta. idest eo casu quo res erat perempta vel prescripta et cõmuniter ita tenuerunt glo. excepto Mar. Barto. vt heri dixi tenet opinionem Mar. non tamen eo modo quo ipse intelligit vt agere possis tanꝗ̃ eo gesserim negotium tuum. et sic ratione directa sed potes tanquam tu gesseris negotium meum actione cõtraria ratum habendo liberas me ab emptore cui tenebar de euictione.

¶ In secundo casu si vendidi nomine tuo. tunc ratum habendo facis negotium tuum. ⁊ sic agere poteris directa actione ad pretium: quia concurrunt duo que requiruntur vt fiat tuum. vt. j. proxi. §. In tertio casu quando vendidi nomine tertij quẽ postea putabam dominum. et queritur an ille tertius possit a me repetere pretium. Glos. distinguit ꝙ aut non habet ratum et non potest petere quia nõ fecit negotium suum: licet suo nomine gesserim postquam nõ habet ratum tunc distinguitur vt habetur. j. proxi. §. quia si ex ratibabitione nihil potest ei queri non habet hanc actionem sed aduerte quia non loquitur in his terminis. sed quando ego fecissem impensam in re que nõ erat illius sed alterius. nam tunc licet ratum habeat ⁊ suo nomine gesserim ex ista gestione nullam vtilitatẽ sentit: quia res non erat sua. ideo non dicitur ad ipsum pertinere ratibabitione. nam vt. s. dixi vltra illa duo requiritur tertiũ vt si dicatur effici suum ratibabitione. sed quãdo nec ad ipsum nec ad aliũ pertineat re ipsa. sed hic pertinet ad alium re ipsa. ergo nõ potest effici suum. licet nomine suo gesserim ⁊ ipse ratum habeat. In casu autem nostro quando vendidi rem tuam nomine ter-
3 tij istud negotiũ non potest ad aliũ pertinere re ipsa. † Addit glo. ꝙ si ad alium cuius nomine gestum est quoquomodo potest pertinere non agitur contra illum ad quem re vera pertinet. vt. §. si ego. ea. l. Cetera circa istũ articulũ de negotio quod potest pertinere ad alium ratibabitione dic per Bar. j. eo. l. põponius. ⁊ tunc habes glo. expeditam ⁊ declaratam.

2 ☞ Negotium ex quo aliquid exactum fuit si gestũ est nomine eius ad quẽ nõ spectat. cui acquiratur actio. et si gestor impendit. quis teneatur si ratum habeat.
3 Negotiũ qualiter dicatur ad aliũ pertinere ratibabitione.
4 Negotiorum genera octo remis.
5 Negotiũ qñ est alienũ cura ⁊ solicitudine nõ tenetur illi cuius negotium geritur nisi suo nomine sit gestũ ⁊ quid de eo ad quẽ pertinet re ipsa.
6 Si soluisti creditori meo debitũ in quo tenebaris illi meo nomine ꝙ habeas hanc actionem cõtra me. ⁊ quid si soluisti nomine tuo credens te debitorẽ tanꝗ̃ heredem alicuius.

1 **Item queritur.** ¶ † Negotium gestum contemplatione vnius si nec ad ipsum nec ad alium pertinet re ipsa per ratibabitionem eius efficitur suuz. secus si ad alium re ipsa pertinet. h. d. vsꝗ̃ ad. §. videamus proprius ad literam quam summat Bart. ipse autẽ summat sic. Si negotium geritur nomine eius ad quem non spectat ex eius ratibabitione dicitur ad eum pertinere et hac actione tenetur si sibi aliquid queritur. al's secus. h. d. ſm Bar. Et ponit tres casus. Primus vsꝗ̃ ibi idẽ ait. Secundus vsꝗ̃
2 ibi quid ergo. † Tertius vsꝗ̃ ibi ad. §. videamus. et in primis duobus negotium non poterat pertinere re ipsa ad illum cuius nomine gestum fuit nec etiam ad alium. in tertio vero non pertinebat ad alium re ipsa. vnde non poterat pertinere ratibabitione ad eum cuius nomine gestum fuit. Item in primis duobus ex ratibabitione poterat ratũ habenti aliquid acquiri. sed hic actio ad recuperandũ qð fuerat solutũ sed in tertio casu no. Item aduerte: quia in primis duobus casibus gestor negotiorũ exegit. Et queritur an ei cuius nomine exegit si ratum habet acquiratur actio vt exactum sibi restituatur. et dicitur ꝙ sic ex hac ratibabitione sibi acquiritur. sed in tertio casu gestor nõ exegit sed impendit. sed queritur an ipse possit repetere ab eo cuius nomine impendit si ratũ habuit. et dicitur ꝙ non. q2 hac ratibabitione nullã vtilitatẽ sentit sed ille tantũ qui erat dñs rei in quam impensum est et ꝑpter hoc procedit summarium Bar. dum dicit si sibi aliquid queritur al's secus
3 quia in primis queritur in tertio non queritur. † Iste ergo. §. melius dat intelligere qualiter negotium dicatur ad aliquem
4 pertinere ratibabitione ꝗ̃ aliquis alius. † Hic est vna glo. satis clara si bene inspiciatur ad quã semper requiritur. et dicit
a ꝙ quatuor[a] sunt genera negotiorum. sed Bart. addit alia tria hic ⁊ vnum aliud ⁊ sic quatuor. j. eo. l. mandasti. vnde sunt octo que prosequere vt hic in glo. ⁊ etiam per Bar. qui recitat vt iacet.
5 † Et not. in primo genere ⁊ quando est negotium alienum cura ⁊ solicitudine non tenetur ille cuius negotiũ geritur nisi suo nomine sit gestum et in hoc differt ab eo qð est alterius re ipsa. q2 tunc etiã si eius nomine non sit gestum sed alterius ad quẽ tñ nullo modo põt pertinere datur actio cõtra eum vt. s. ꝑxi. §. ⁊. l. precedẽti in fi. Item recitat quãdam diuersitatẽ que
6 fuit inter † Joã. ⁊ sequaces ex vna parte ⁊ Azo. ex altera in negotio qð est alterius ipso gestu vt quãdo soluisti creditori meo debitum in quo tenebaris illi meo nomine clarũ est ꝙ habes actionem hanc contra me. quia liberasti me ab illo. sed si soluisti nomine tuo credens te debitorem cum ego essem et non tu. puta sempronius erat debitor titij: mortuus est sempronius ⁊ ego sum verus heres eius. ⁊ sic ego suz ille qui teneor tu credebas te esse heredez. ⁊ sic esse debitorem: soluisti nomine tuo an possis a me repetere. Joan. tenuit ꝙ sic cum hac tamen limitatione: scz ꝙ constituas vt solutio quam fecisti pro te proficiat mihi ⁊ liberes me al's me nõ liberaret. ⁊ sic nõ ageres sed repeteres solutum per conditionem indebiti. Azo tenuit indistincte ꝙ non agis quia statim ꝙ soluisti nomine tuo nata fuit tibi condictio indebiti ergo illa so. non potuit me liberare. quia non debet parere liberationem et repetitionem. l. cum hi. §. j. ff. de condi. inde. ⁊ probat Azo quibusdã legibus que allegantur in contrarium. sed certe ratio fundamentalis Azo. non est bona quia procederet si non cõstitueres ꝙ cederet in liberationem meam. sed Jo. loquitur quando hoc constituisti. ⁊ sic desinit cõpetere tibi condictio indebiti. ⁊ sic potest parere liberationem doc. tñ dicunt ꝙ opi. Jo. est vera addito quodam alio. s. ꝙ ille cui sol. est facta consentiat ꝙ cedat in meam liberationẽ ⁊ his duobus concurrentibus desinit tibi cõpetere condictio indebiti. ⁊ ego liberor sicut si nomine meo soluisses altero istorum deficiente vera est opi. Azo.

a ¶ Qð quatuor. Adde ⁊ vide circa hoc noc. maxime Bal. i. l. si pecuniã. C. eo. titu. Cur.

2 ☞ Gestor si debuit a se exigere ⁊ non exegit debitũ in quo tenebatur cõuertitur in actionẽ negotioꝝ gestorũ. ⁊ põt peti illa actione. ⁊ quid de vsuris. ⁊ nu. 4.
3 Usure quãdo debentur ex stipulatione possunt per se peti sed quando officio iudicis secus.
4 Usure qualiter veniant in actione negotiorũ gestorum.
5 Actio nego. gest. est perpetua ⁊ transitoria ad heredes etiã lite nõ contestata.
6 Sine actione nemo experitur.
7 Exceptio tu nõ est audiẽdus: q2 nõ habeo actionẽ impedit litẽ contestari. quãdo requirit altiorẽ indaginem.
8 Gestor quando teneatur de neglectis etiam quando alius non erat gesturus.
9 Si incepit colere vineam ⁊ fecit ipsam putari et postea negligit tenetur hac actione.
10 Si accesserit tanꝗ̃ gesturus omnia ex suspicione necessitatis cum tantum non subesset: ꝙ tñ non teneatur de non gestis nisi alius fuisset gesturus.

1 **Videamus in persona.** † Gestor tenetur de neglectis

glectis si alter diligens erat gesturus. item si a se nõ exegit. secus si non exegit ab alio nisi esset de illis qui possunt agere sine mandato. h. d. cum. l. sequen. vsq; ad. §. item si fundũ. & primo ponit tria dicta & rationem diuersitatis inter secundũ & tertium vsq; ibi & si forte. postea ponit tres effectus secundi dicti. Primum vsq; ad. l. si autem. et alios duos ĩ illa. l. ver. deinde.
2 †Tertio ponit limitationẽ tertij dicti in prin. l. si aũt. ¶ Not. q si gestor debuit a se exigere et non exegit debitum in quo tenebatur conuertitur in actionem neg. gestor & potest peti illa actione & quia illa est bonefidei. & in actione bonefidei veniunt vsure ex mora. l. mora. §. in bonefidei. ff. de vsur. & ideo illud debitum licet non esset vsurariũ quia debebatur ex cõtractu stri-
3 cti iuris. †Aduerte tamen quia istud non est simpliciter verũ. quia quando debentur ex stipulatione possunt per se peti sed quando officio iudicis secus. cum illud per se non possit stare. vnde oportet intentare actionem negotiorum gestorum ad sortem & officium iudicis implorare. vt condemnet etiam in vsuris & facta condemnatione in sorte sine vsuris non possunt vsure peti. C. depositi. l. iiij. non sic si deberentur per stipulationem.
4 vt. C. de iudi. l. j. cum ibi not. †Et not. q quãdo debentur ex stipulatione. & non interuenit stipulatio vsurarum efficitur vsurarium: quia possunt peti hac actione bonefidei in qua veniũt vsure officio iudicis mercenario quod tantum valet in actionibus bonefidei quantum stipulatio in cõtractibus stricti iu-
5 ris per no. in dictis iuribus. †Item posito q actio prima esset temporalis quia debitum cõuerteretur in hanc actionem que est perpetua potest peti etiã lapso tempore actionis persone. & si prima actio non erat ad heredes transitoria ante lit. conte. quia conuertitur in hanc que est transitoria. & potest peti ab herede. & si decessit gestor lit. non conte. & isti duo effectus habentur in. l. si autem. ver. certe. de ista autem conuersione que fit in
6 hanc actionem habetur. ff. l. diuortio. †Itẽ allegatur iste tex. ibi dum dicit quia nullam actionẽ &c. q sine actione nemo ex-
7 peritur. sed hic dicit †Bart. q ista exceptio tu nõ es audiẽdus
a quia non habes actionem impedit litem contestari quando requirit altiorem indaginem. de hoc vide[a] per eum in. l. nam et postea. ff. de iureiuran. ¶ In glo. ij. oppo. non imputetur gestori si nõ gessit omnia. l. tutor. C. eo. sufficit enim si cui vel in paucis amici laboribus consulatur vt ibi dicitur. glo. soluit duobus modis tene primam sol. q ibi alius diligens non erat gesturus sic. Alia sol. est quia ibi accessit vt quedam gesturus. hic vt omnia gesturus ista est bona in se. tamen hic non accessit vt gesturus omnia. nam tunc teneretur etiam si alius non fuisset
8 gesturus sed accessit vt gesturus quedam vnde non teneretur de non gestis nisi alius diligens fuisset gesturus. † Dic ergo aut quis incepit gerere vnum negotium & postea negligit complere. & tunc indistincte tenetur & si alius nõ fuisset gesturus q̃ incipiendo videtur se obligare ad complendum et ad hoc. l. sicut. §. j. ff. cõmo. Aut non incepit gerere sed bene gessit quedam alia. & quedam nullo modo & queritur an teneatur de non gestis tunc distingue aut accessit vt gesturus. & tunc tenetur de neglectis. etiam si alius non fuisset gesturus. Aut accessit vt gesturus quedam et tunc aut alter fuisset gesturus omnia si iste non incepisset & tenetur vt hic q̃d intellige quando ille erat diligens. & iste gestor sciebat q ille fuisset gesturus oĩa. ita debet intelligi iste. §. sed si alterum deficeret non tenetur. vt in. l. cõtraria. Tria ergo vel quatuor requiruntur. s. q alius esset gesturus omnia. & q ille esset diligens. et q gestor scieuerit illum
9 fuisse gesturũ. sit ergo cautus procurator. †Quid ergo si quis incepit colere vineã & fecit ipsam putari et postea negligit. dic q tenetur indistincte. quia vna est cultura vinee per totum annum. & eoipso q incepit censeatur se obligasse ad complẽdum etiam si alius non esset gesturus fm̃ q hic sentit Bar. Itẽ oppo.
10 †q licet accesserit tãq̃ gesturus oĩa tamen nõ teneatur de non gestis nisi alius fuisset gesturus. l. j. §. fi. ff. de eo qui pro tuto. cuius contrariũ. s. dixi. sol. ibi in procuratore qui gessit suspicione necessitatis cum tantum nõ subesset. ideo mitius agitur cum eo. nos loquimur in gestore qui ex mera voluntate incepit. vnde plus grauatur. ¶ In glo. sequen. ibi rñ. no. ista gl. videtur loqui contra istũ tex. intelligendo ipsum prout. s. dixi q loquatur quando accessit vt gesturus quedam: non autem omnia & tamen hic dicitur q tenetur: si a se non exegit. Sol. verum est q qñ alius fuisset omnia gesturus tunc ergo teneretur a se exigere sicut si accessisset vt gesturus omnia sed glos. debet intelligi quando alius non fuisset gesturus omnia & tunc non imputatur sibi si a se non exegit: sed solum quando accessit vt omnia gesturus. & ita tenet hic Bart. sequendo istam glo. cum dicta limitatione.
2 ¶ Gestor tenet restituere indebitum exactum secuta ratibabitione.
3 Producens falsam scripturã. si aliquid obtinet virtute ipsius a iudice dicitur obtinere per obreptionem et tenetur crimine falsi.

Si autem is.

Item si fundum.

1 ¶ †Negotiorum gestor tenetur restituere dño negotiorum quicquid adeuz peruenit tanq̃ ad gestorem etiam si indebite peruenit. h. d. sic in procuratore vt s. de procuratoribus. l. qui proprio. §. procura. vt in ceteris. fa-
2 cit. s. eodem. l. si pupilli. §. item queritur. †vbi tenetur restituere indebitum exactum secuta ratibabitione. ¶ In text. ibi vel ciuitatis. hic non importat iuris mysterium. sed denotat facti
3 accidentiam q fundus erat ciuitatis. ¶ †In tex. ibi per obreptionem. quia allegaui me procuratorem & produxi falsum instrumentum mandati. & sic not. quod qui falsam scripturã producit et aliquid obtinet vitute ipsius a iudice dicitur obtinere per obreptionem ex quo sequitur quod tenetur crimine falsi. l. si quis obrepserit. ff. de fal. quod perpetuo tene mẽti. & quod ibi not. Barto.
2 ¶ Compensatio deducta in iudiciũ per moduz exceptionis si in ea quis succubuit qñ non possit postea deduci in iudiciuz per modum actionis.
3 Exceptio q habeat vim actionis.
4 Prescriptio sicut interrũpitur agendo & litẽ contestando. & aliquando sine contestatione. ita & si non agatur sed excipiatur.
5 Illud in quo quis agendo succubuit non potest excipiendo obijci.
6 Sicut nõ potest agi qñ expresse reprobatur ita qñ expresse approbatur sufficit ad agendum.

Si quomodocunq;.

1 ¶ † Iste. §. semp allegatur & h. d. illud in quo quis succubuit per modũ exceptionis potest in iudicium deduci per modum actionis si erat tale quid de quo poterat excipi & etiã agi nisi post examinationẽ fuerit expresse per sententiam reprobatum. h. d. & semper allegatur. ista. l. propter istum. §. Debes enim scire q si debes mihi. c. ego tibi alia. c. si ago contra te ad illa in quibus mihi teneris. potes mihi obijcere excep. compensationis & vltra hoc si non vis obijcere potes mihi soluere & postea debitum tuum petere et sic debitum tuum est tale q potest induci per modũ excipiendi et per modum agendi. pone ergo q excepisti & iudex non obstante exceptione te condemnauit ad centum que petebam. nunc vis agere ad illa centum in quibus tibi teneor an possis. videbatur q non posti q succubuisti excipiendo. vnde videtur q debeat ob-
2 stare exceptio rei iudicate. † contrarium respondetur q licet perdideris exceptionem non tamen perdidisti actionem. hoc tamen verum nisi iudex exceptionem examinauerit hoc est verum. & vltra hoc expresse reprobauerit exceptionem & ista duo ponuntur hic & vltra hoc reprobauerat ex eo quia non erat debitum illud de quo excipiebas. et istud habetur in. l. quod in diem. §. si rationem. de compẽ. et nisi ista tria interuenerint no obstat tibi exceptio rei iudicate. quia ista possunt simul stare q ego tibi debeam & nihilominus non potueris exceptionem cõpensationis obijcere: quia non potest opponi exceptio de omni debito maxime de non liquido. vnde potest esse q erat verũ debitum non tamen liquidum: vnde non agendo et liquidare volendo non venis contra sententiam qua fuisti condemnatus nõ obstante exceptione. et hec est ratio huius. §. sed quando est tale quid q non posset per se stare quin contrarietur sententie nõ requiritur ista expressa reprobatio. ita loquitur contrariũ glo. de legatis. j. C. si aduersus rem iudi. quia censetur tacite reprobatum. Sed quid facit iste. §. ad titu. respon. quod loquitur quando dominus negotiorum ageret cõtra gestorem. & gestor obijceret compensationem vel econuerso. ¶ In tex. ibi habita nõ est vt quia iudex exceptionem noluit admitere vel admisit vel excipiens non probauit debitum vel obtulit se probaturũ. tamen probatio vel exceptio requirebat altiorem indaginem. vnde non erat admittenda. vnde iudex condemnauit reum nõ obstante exceptione apposita. als tamen non reprobando eaz. tũc ergo potest illud debitum deduci in iudicium ordinarium per modum agendi quia per hoc non venit contra sententiam condemnatoriam. Sed si iudex amisit & examinauit & dedit terminum ad probandum debitum. & in termino non fuit probatum & iudex postea condemnauit adijciens non obstante exceptione compensationis opposita quia debitũ de quo fuit oppositum non fuit probatum in termino. vel quia non erat verum debitũ. tunc si postea vult deducere per viam agendi afferẽs esse debitum repellitur. quia venit contra sententiam qua pronuntiatum est cõtrarium. ¶ Nunc oppo. ad primũ dictum

[a] ¶ De hoc vide. & ad dicta Bart. in. d. l. nã & postea. vide eundem Pau. deca. ĩ suo cõsi. cxcj. in fi. Et adde q ista exceptio tua non interest vel tibi nõ cõpetit ius agendi est de sui natura magis peremptoria q̃ declinatoria ita Frã. de are. in suo consi. xlviij. Frã. Cur.

q postq succubuit per viam excipiendi nō possit deduci in iudicium per viam agendi.l.peremptorias. et ibi not.per Cy.C. sen.rescin.nō pos.Sol.ibi i illis que nō possent deduci in iudicium nisi permoduz excipiēdi.vnde sine exceptione succubuit vt quia oppo nit de pacto de nō petendo vel de solutione τ succubuit non potest amplius admitti per viam agendi cum nulla competat actio.hic vero competebat actio vt exceptio vt ibi not.plene per Cy. ¶ Item oppo.contra scōm dictum q etiam si fuerit expresse reprobata possit agi.l.si vendicantem .in fi.cū l.seq.ꝭ.de euic.docto.dicunt cōmuniter q ibi loquitur quando agebatur ad diuersam rem hic quando ad eandem.Nam agitur ad idem debitū de quo fuit opposita exceptio:ibi vero agebatur de euic.quod erat quid diuersum ab eo de quo fuit opposita excep.mihi videtur q istud non sit necesse dicere. nam etiam in casu illarum.ll.si fuisset facta reprobatio excep.ex eo q debitum de quo fuit exceptum non erat verum prohiberetur postea de euictione agere sicut hic. ¶ † Item ex isto tex.colligitur q exceptio habet vim actionis.naz sicut si iste excipiēs egisset τ succubuisset iterum agere non posset ita si nō egit sed excepit τ succubuit per expressam reprobationem non potest postea agere.propter hoc.Bar. † inducit ad.q.q sicut agendo τ litem contestando et aliquando sine contestatione interrumpitur prescriptio ita et si non agatur:sed de debito excipiatur: interrūpitur[a] prescriptio. ista fuit questio dispu.de qua Bart. non meminit per Franciscum accur. quam ponit Joan.an.in addi.Specu.in.§.nunc dicendum.in prin.τ Spe.tangit cū determinat primū in tit.de prescri.in.iiij.parte Spe.in.ij.vel.iij. col. †Sed quero quid in eo qui succubuit in agendo.an illud in quo succubuit possit obijcere excipiendo.Innoc.dicit q nō qz si succubuit in eo qō est maius debet succūbere in eo qō est minus cū maius est agere q excipere.sed si succubuit excipiendo non repellitur si agere vult vt hic ita not. Innoc.in.c.fi.de ordi.cogni.τ adde qō not.in.c.cum dilectus. eod.titu.vbi dicit †q sicut qñ expresse reprobatur non potest agi.ita qñ expresse approbatur sufficit ad agendum.

> a ¶ Excipiat interrūpitur.adde q glos.in.c.ij.in ver. exceptiões. de ordi.cogni.et ibi Abb.col.pe. versi.qro qualr. tz q nō.τidē Archi.in.§.potest. xvi.q.iij.Bal.in l.ij.i fi.C.de edi. act.Ang.in.l.cū notissimi.§.imo C.de pscrip.xxx. anno.qō tu intellige veruz nisi actio proponeret p viā exceptiōis puta p viā cōpēsationis:qz tunc bene interrūperet pscriptio ita Bar.in.l. oēs actiones.ꝭ.de reg. iur.τ Bal.i.d.§. imo refert τ sequtur do. Feli.i.c. illud col. pe.vsi. iij.ꝯclusio. extra de pscri.Cur.

2 ¶ Actio negotiorum gestorum datur gestori contra dominum negotiorum ignorantem vel etiam scientem sed non prohibentem.

3 Factū vnius ex socijs licet alteri prosit prohibitio tñ vnius alteri non prodest.

1 **Ex duobus.** ¶ † Prohibitio domini negotiorum impedit gestorem agere contra eum non autem cōtra alterum etiam socium eius.h.d.τ premitte qō habetur in.l.fi.C.eo.† q hec actio datur gestori quando gessit domino negotiorum ignorante vel etiam sciente sed non prohibente.secus si prohibuit τ sic est casus in quo ipse prohibens locupletatur cum iactura gestoris etiam si gestor vtiliter gessit. qz non recuperat impensas facit.l.si pro te.ꝭ.man. ¶ † Hoc presupposito dubitatur hic quid si prohibens habeat sociū in.d. negotio et socius non prohibuit an gestor possit agere contra non prohibentem.τ arguit pro et contra. Primo q non quia si ille aliquid exiget repetetur a prohibente actione pro socio vel cōi diuidundo si erant socij non conuentionales sed incidētes.τ sic prohibitio non proderit prohibenti. qz licet non posset directo conueniri conuenietur per indirectum saltem pro parte ipsum tangente.ecōtra q possit quia iniquū esset ipsum non prohibentem liberari facto alterius prohibentis.τ breuiter determinat pro ista parte q non prohibens possit conueniri pro parte sua τ si soluat non repetat a socio prohibente.pro alia vero parte neuter conuenitur.τ sic erit damnum gestoris pro alia parte vt perdat partem.nam prohibens per vim habetur ac si soluisset pro parte sua vt habetur in glos.τ sic ista.l. habet locum in socio etiam omniū bonoꝝ lz glo.in fi.dicat cōtrarium.sed glo.fi.hoc sentit assignando hanc rationem.quia prohibens non potest conueniri etiam a non prohibente.quia habetur pro soluente que ratio locum habet qualitercūqz socij erant:qz pro vera solutione liberaret pro parte sua. ¶ Not. etiam hic q licet factum vnius ex socijs alteri prosit.vt.l.eandem.§.i.ꝭ.de duobus reis.prohibitio tamen vnius alteri nō prodest τ vide hic Bar.in.l.ex duobus.la.ij.ꝭ.de duobus reis. in.q.de pacto vbi ponit intellectū huius glo.

2 ¶ Casus in quibus durat actio neg.gest.postquā dñs negotiorum ratificauit male gesta.τ nu.3.

3 Dolus quare censetur remissus in generali transactione.nō aūt qñ legatur liberatio in vltima voluntate.

4 Actio nego.gest. vel eius natiuitas quomodo ante ratihabitionem possit esse in pendenti.

5 Actio an possit esse in pendēti alio respectu q ex volūtate partium remis.

6 Ratihabitio dñi de male gestis.q possit fieri gestore non presente nec aliquo pro eo recipiente.τ an liberetur tūc gestor ipso iure.τ nu.7.

7 In his que dependent ex voluntate vnius tantum non requiritur partis presentia.

8 Si gessisti negotia mea sed nō bene:vt qz rēvalentē.xv.vendidisti pro decē.τ ego hoc sciens ratificaui gesta p te: an potero petere gesta tantum:an vero.xv.

9 Negotiū vtiliter gestū qñ debeat pro rato haberi:τ q nō dicatur vtiliter gestum:si gestor vendidit rem meam etiā pluri precio quam cōmuniter valeat me nō consentiēte.

10 Negotiū gestū quādo debet haberi pro rato pōt agi ad expensas contra dñm negotioꝝ etiam obijcientem q nō habuit ratam gestionem probato qō gestio fuit vtilis.

1 **Pomponius.** ¶ † Ista est difficilis lex tam in tex. q in glo. que potius offuscat intellectum eius q declaret. et hoc dicit fm gl.si dñs negotioꝝ ratificat male gesta gestor nō tenet hac actione nisi fuerit in dolo:qz qō dñs semel approbauit amplius reprobare nō pōt quod faceret si agere vellet pro male gestis.τ hoc dixit pōponius.lz fm sceuolā durat actio pro reliquis ipsi dominoꝝ etiā gestori durat actio cōtraria pro impensis quam dñs approbando sibi auferre non potuit pro quibus non solum pōt excipere si contra eum agatur:sed sponte agere potest nisi contrarium fuerit actum.hoc dicit.cum prin.l.seq.τ glo.i.ponit casum diuidendo literam:τ legendo eam per saltum.dicit enim q hic ponuntur tria dicta pomponij que simul debent legi τ coniungi licet in tex.ponantur separatim. Primum dictum vsqz ibi videndum.Secundū in ver.sed superius vbi ponitur limitatio primi vsqz ibi sceuola.Tertium dictū in ver.sed eo dicto in quo ponitur ratio primi dicti vsqz ad ver.quēadmodum. Alia sunt quinqz dicta sceuole reprobantis pomponium. Primum in versi.videndum vbi ponitur vna argumentatio a sufficiēti partium enumeratione per quam apparet q quecūqz pars eligitur de duobus. pomponius nō bene dixit ad illud dictū in ver.sceuola.vbi ponitur expresse reprobatio. Tertium in ver.τ quēadmodū vbi ponit pbatio per vnā rationē arguendo de ratihabitione tacita τ legali ad ratihabitionē expressam de qua loquimur. quia post primā durat hec actio vnde debet durare τ post secundā. Quarto in versi.ceterum ponitur alia ratio ad probandum q adhuc duret actio.qz si non duraret sequeretur absurdū vt ptz in exēplis que ponit τ hoc vsqz ad ver.erit igitur. Ibi cōcluditur cōtrariū eius qō dixit pōponius q etiā post ratihabitionē diu duret hec actio.postea in prin.l.seq.determinatur vnū dubium circa dictam vltimā rationem:sed quia legendo ita per saltus resultat quedā confusio.Nic.mat.aliter diuidit τ legit vt primo ponatur dictum pomponij vsqz ibi videndum. Secundo ponatur vna reprehēsio pomponij sed quoddā dictū qō resultat vel sequitur ex dicto pomponij posito q dictum pōponij sit verū.Tertio ponatur limitatio dicti et psupposito q sit verum in versi.sed superius vsqz ad ver sceuola. Quarto ponitur dictum sceuole qō videt cōtrariū dicti pomponij.τ sic videtur pomponiū reprobare.sed re vera nō reprobat sed supplet nam negari non potest quin dictum pomponij sit verum aliquando tamen nō semper.vnde indistincte loquendo videtur argui posse sed potius est quedā superstitio τ hoc vsqz ibi lz eo dicto.Quinto sceuola autor leg.repetēdo rationem quare pōponius fuit motus probat dictum suū scilicet sceuole per vnaz rationem vsqz ibi ceterum.Sexto probat per aliam rationem ex quibus apparet quod potius supplet vt sicut dictum pomponij non habet locum quando gestor fuit in dolo. ita nec habet locum quantum ad reliqua. Et quantum ad actionem cōtrariam competentem gestori τ hoc vsqz ad ver.erit igitur ibi. Septimo in qua cōcludit actionē durare post approbationē. Et octauo τ vltimo quoddam dubium soluit in prin.l.sequentis et ista diuisio planior est τ secundum istam diuisionem Nic.

2 co.ma.ponam casum.quia plus placet τ cessat confusio.† Et in effectu conclude pro claro intellectu huius.l.quod hic ponuntur tres casus in quibus isti iuriscōsulti.s.pomponius τ sceuola fuerunt concordes quod post ratihabitionem durat hec actio. Primus qñ gestor fuit in dolo.vt in ver. sed superius q

3 potest intelligi duobus modis.† Primo qñ dolose gessit.nam non videtur dolus remissus per ratihabitionē in dubio fm intellectum glo.sed in contrarium facit qō not.in.l.actione.C.de transac.per glo.q vult q in gñali transactione censeatur dolus remissus.lz secus quando legatur liberatio in vltima volūtate.τ sic plus importat dispositio inter viuos. Breuiter ibi loquitur in transactione vel pacto quod innititur cōsensu duorum. et tunc quid iuris sit. dic vt not. Bartol.in.l. aurelio.§.caius. ꝭ.de lib.

.j.de libe.leg. Nos loquimur in ratihabitione que innititur cõ
sensu vnius tantum.⁊ sic nõ extenditur ad dolose gesta siue ra
tum habẽs sciat siue ignoret dolose commissum. Secũdo mo-
do potest intelligi sm Nico.ma.qñ dolus fuisset commissus in
faciẽdo dominum ratificare. quia persuasit dolose ꝙ negotia
erant bene gesta.⁊ tunc procedit iste tex.quando ignorabat ma
le gesta.sed si sciebat non videtur dolus cõmissus scienti.l.cum
donationis.C.de transac. Secundus casus ponitur in ver.quẽ
admodum.cum sequenti.§.quantum ad reliqua. quia si penes
gestorem essent aliqua de pertinentibus ad dominum ratiha-
bitio etiam scienter facta non tolleret ipsi domino hanc actio-
nem ad ea petenda.qr nõ videtur ratificasse ad finem vt ille lu
cretur sed ne remaneat in damno ex mala gestione.vt si exegit
debitum vel vendidit rez domini ⁊ pretium recepit.hoc voluit
sceuola ⁊ etiam pomponius nõ negasset si de hoc fuisset specia
liter interrogatus. Tertius casus est si ipse gestor aliquid im-
pendisset de suo pro vtilitate domini.nam ratihabitio domini
non debet gestori nocere vt sibi tollat hanc actionẽ cõtrariam
vt hic circa finem ibi dum dicit ipse deniqꝫ si quid impendit ⁊c.
et hoc etiam pomponius dixisset quia nõ debet factum vnius
alteri nocere. Restat quartus casus in quo est discordia. sed si
gestor male gessisset nõ tamen ex gestione est aliquid apud eũ.
sed damnificauit dominum in quinquaginta sine sua vtilitate.
dominus sciẽs gestionem male factam.⁊ sic damnificatum ap-
probauit qd ille fecerat.pomponius respondit ꝙ ille non tene
tur hac actione ad interesse.⁊ sic videtur remissa culpa ⁊ etiam
interesse.sceuola videtur reprehendere tamen re vera nõ repre
hendit sed supple.quia pomponius nimis generaliter fuit lo-
cutus ꝙ post approbationem non tenetur gestor hac actione
que verba possint cõprehendere etiam casus de quibus supra
dixi in quibus non esset verum imo durat actio.⁊ in hoc stat in
4 tellectus huius.l.qui clare ⁊ plane procedit. ¶ † Ex hoc sequi
tur ꝙ ante ratihabitionem actio negotiorum gestorũ pro ma
le gestis ad interesse erat in pendenti.quod intellige non ꝙ nõ
esset nata imo erat nata ⁊ acquisita:tamen non perfecte anteꝗ̃
ratum haberet et si non habuisset ratum : sed reprobasset non
fuisset perfecte acquisita : nec postea nuda voluntate tolli po-
tuisset.⁊ sic ratificatio facta post reprobationem nõ videtur ali
quid operata.sed si approbauit fingitur nũꝗ̃ nata neqꝫ acqui-
sita vt in ver.videndũ aliquãdo vero est in pendenti natiuitas
scilicet quando voluntas requiritur a principio. Pone exem
plum si legatur alicui sub cõditione si voluerit. nam anteꝗ̃ de
claret se velle actio ex testamento pro legato nõ est nata.sed na
scitur postꝗ̃ declarauit se velle.l.si ita legatũ.§.illi si volet.j.de
lega.j. Sed quando non requiritur voluntas a principio vt qr
legatum erat purum nascitur ⁊ acquiritur ignoranti:non ta-
men perfecte:quia si postea repudiat fingitur non acquisita.l.
proinde.si cer.pet.⁊ sic istis modis actio potest esse in pendenti
ex voluntate eius cui acquiritur sed ex voluntate eius contra
quem acquiritur non põt esse in pendenti.l.si sub hac.j.de act.
⁊ obli. In materia tamen ista si negotium pertinebat ad domi
num re ipsa vel ipso gestu vel cura ⁊ solicitudine actio pro ma-
le gestis statim oritur ⁊ acquiritur ignoranti. ⁊ sic nõ perfecte
et secuta ratihabitione fingit̃ non nata nec acquisita. sed si per
tinebat ad eum ratihabitio tunc anteꝗ̃ ratum haberet vel re-
probaret non erat nata.quia hic requiritur voluntas ratũ ha
bentis vt.s̃.eo.l.si pupilli.§.item queritur. Ex his apparet ꝙ
intellectus glo.in isto versi.videndum nõ satis est tutus. quia
dicunt ꝙ actio non potest esse in pendenti ex voluntate nego-
tiorum.quia sequeretur ꝙ nasceretur ex volũtate vnius quod
esse non debet quia istud nihil est dicere quia non nascitur ex
voluntate vnius.sed ex mala gestione ⁊ secuta postea reproba
5 tione domini. ¶ † An autem actus vel etiã actio possit esse in
pendenti alio respectu ꝗ̃ ex voluntate partium.dic vt.l.si vsus-
fructus.de stipu.seruo.⁊.l.fi.C.cõmunia predio.facit.l.j.§.si pẽ
deat.j.ad mace. Nunc habito intellectu tex. queritur de tribus
6 breuiter pro declaratione glos.secunde. ¶ † Primo qualiter
fuit facta ista ratihabitio de qua loquitur principium.l.in glo.
sunt due opi.vna fuit opi. Azo. qui tenuit ꝙ facta fuit gestore
a non presente[a] nec aliquo pro eo recipiente.alia fuit opi. † Jo.
7 ꝙ imo illo presente vel aliquo pro eo recipiente.prima opi.cõ
muniter tenetur quia in his que dependent ex volũtate vnius
tantum non requiritur partis presentia vt cum heres adit he
reditatẽ per quod videtur quasi contrahere cũ creditoribus ⁊
legatarijs.nam potest adire illis nõ presentibus ⁊ oritur hinc
inde obligatio quoniã aditio pendet ex voluntate heredis tan
tum. ¶ Secundo queritur in quo reprehenditur pomponius
in hoc etiam fiunt distinctiones inter Azo. et Joan.quia Azo
dicit pomponium voluisse per ratihabitionem factam parte
absente gestorem liberari ope excep.quod etiam nõ potest sm

sceuolam.licet enim talis ratihabitio habeat effectũ in tribus
de quibus in glo.quantum tamen ad deliberandum gestorem
non habet hunc effectum vt producat exceptionem : quia ad
ipsam producendam requiritur pactum sed talis ratihabitio
facta parte absente ⁊ nemine pro eo recipiente non habet vim
pacti quia pactum est consensus duorum et hic non consentit
nisi vnus. sed Jo.dicit ꝙ reprehenditur quia volebat pompo-
nius ꝙ per talem ratihabitionem liberaretur ipso iure quod
non est verum imo ope exceptionis sed certe imo potius ipso
iure quia vt dixi ratum habendo actio iam nata et non perfe-
cte acquisita fingitur non nata ⁊ sic ipso iure liberatur. Dic er-
go ꝙ non reprehenditur pomponius sed suppletur qr nimis
generaliter fuit locutus. primo quia in verbis suis poterant
comprehendi casus de quibus .s̃.et tamen non est verum qr in
illis est alia ratio. Item quia non distinxit an ratum habens
sciret male negotia fuisse gesta vel ignoraret ⁊ cõstat ꝙ si igno
rabat dictum pomponij non esset verum qr ignorans non vi-
detur aliquid agere ⁊ sic dictũ pomponij non potest habere lo
cum nisi quando sciebat male gesta certe ista reprehensio non
ponitur hic in tex.imo pomponius posuit pro constanti quod
8 sciebat. † Tertio et vltimo queritur si gessisti mea negotia sed
non bene vt qr rem valentẽ.xv.vendidisti pro.x.⁊ ego hoc sciẽs
ratificaui gesta per te.an potero petere gesta tantum an autem
xv.⁊ sic queritur an videar approbasse factum tantũ.i.ꝙ vẽdi-
tio fuerit : an autem etiam qualitatem.s.ꝙ vendiderim pro.x.
¶ In glo.sunt due opin.in prima distinguit̃ per quem modũ
agam.in secunda qr cõmuniter tenetur ꝙ distinguatur ꝑ quez
modum ratum habui:nam aut ratũ habui per verbũ aut per
aduerbiũ.per verbũ puta ratum habeo vel contentor ꝙ vendi
deris:⁊ tũc possum agere ad.x.que recepisti ⁊ etiam ad quinqꝫ
quia videor approbasse factũ sed non qualitatem facti. aut ra-
tum habui ꝑ aduerbiũ puta contentor ⁊ ratum habeo ꝙ ven-
dideris pro decẽ ⁊ tunc videor ratificasse factũ ⁊ etiam qualita
tem facti.⁊ sic tm̃ decem petere potero.quia si peterem etiam.v.
essem mihi contrarius ⁊ hec videntur cõmuniter tenere doct.
Mihi videt̃ ꝙ etiã si simpliciter ratificauit per verbum videa
tur ratificasse factũ ⁊ etiaz qualitatem. qr si nolebam ratificare
qualitatem debebã expresse dicere et non dicendo fit interpre-
tatio verborũ cõtra me qui potui.l.apertius dicere.l.veterib⁹.
s̃.de pac.nec ob.ꝙ in dubio nõ presumitur donatio quia fallit
quãdo verba hoc important et istud voluit põponius re vera
quia loquimur in ratihabitione simpliciter facta. et dicit post
ea gestorem non teneri de mala gestione.nec dictum sceuole cõ
trariatur pomponio.vt.s̃.dixi.sed vult ꝙ istud dictũ pompo-
nij non sit semper verum.imo etiam post approbationẽ duret
actio aliquando.vt in casibus qui sequuntur. Glo.iij.super ver
9 bo pendeat remaneat expedita per ea que.s̃.dixi. ¶ † Alia gl.
magna que incipit ⁊ tamẽ.querit cum quatuor sint genera ne-
tiorum in quibus generibus habet locũ dictũ sceuole in versi.
et quemadmodum dum dicitur ibi ꝙ si negotium est vtiliter
gestũ debet pro rato haberi apud iudicez. rñdeo in negotio ꝙ
est nostrũ ratihabitione aliter secus vt si rem meã valentem.x.
vendisti.pro.xv.vel pro.xx.nam non teneor ratam habere ven
ditionem quia non est vtiliter gesta nisi quatenus mihi placet.
potest enim esse ꝙ potius diligo habere rez que cõiter valeret.
x.ꝗ̃ habere.c.vnde nõ dicitur vtiliter gestum me cõtradicente.
Alij dicunt contrariũ ꝙ etiã tunc teneor venditionẽ ratam ha-
bere nõ vt perdã dñium ⁊ etiã vendicationẽ. imo potero ven-
dicare ab emptore.sed quantũ ad gestorem vt teneat̃ sibi expen
sas refundere si quas fecisset. Breuiter nõ puto hoc verum.qr
est imputandum gestori qui vendidit me non consentiente cuz
sciret vel scire deberet me non teneri ad ratam habendo vendi
tionem licet tenear ratum habere expensam factam in re.quia
recepi vtilitatẽ ex ea sed ex venditione nullã vtilitatem recipi. a
10 ¶ † Itẽ quero vltimo quõ intelligat̃ tex.ꝙ dz haberi pro rato
quidam dicũt ꝙ debent esse duo iudicia.primum in quo gestor
potest agere hac actione contra vt ratam habeam gestionem ⁊
postꝗ̃ hoc fecero potero agere ad expẽsas quas fecit. Breuiter
primum iudiciũ non est necessariũ:qr tex.dicit ꝙ debet habere
pro rato ⁊ sic nõ possum cõtradicere.ergo non debeo compelli
ad ratũ habendũ.põt ergo agere ad expensas. et si dicerem ꝙ
non habeo ratam gestionẽ ꝓbato ꝙ gestio fuerit vtilis. iudex
non debet admittere reprobationẽ meã.⁊ in his cõsistit intelle-
ctus huius ver.lz gl.multis verbis vtatur.cetera vide hic per
Bar.qui effundit plura verba.

2 ☞ Si missus in possessionẽ rei alterius fecit impensam quã
dñs non erat facturus tñ erat vtilis respectu rei ꝙ possit eam
repetere qr fecit ob suspicionem necessitatis.

3 Potest quis rem suam relinquere. et permittere domũ suam
ruere si est impotens ad reficiendum nec cogitur reficere.

a ¶ Gestore nõ ꝑ-
sente. Et ꝙ ratifi
catio facta parte
abñte teneat ad-
de Bar. in.l.qui
enim.j.rem ratã
habe.⁊ i.l.certũ.
§.si qs me absen
te.j.de cõfes. An
ge.i.§.si vero ex-
pressum. in aut.
de hered.⁊ falci.
Alex.de imo.in
ɔsi.cxxvj.col.fi.⁊
in ɔsi.cxlvj.col.j.
et seq.in.q.volu.
Cur.

Sed an vltro.

1 **Is autem.** ¶ † Sufficit vtiliter esse gestum vel inchoatum geri vt gestor possit agere pro impensis. lz vtilitas non durauerit sed casualiter perit ꝛ dicitur vtiliter gestum qñ dominus esset idẽ facturus. secus si non erat facturus. sed potius rẽ dimissurus. quia erat impar impensis. quia tunc nõ agit gestor siue hoc sciret siue ignoraret ꝛ crederet dominũ fuisse facturum. h.d. vsqꝫ in fi. Et sic ponit tres casus. 2 ¶ † Primus quãdo dominus verisimiliter fuisset facturus vsqꝫ ibi sed vt celsus. Secundus qñ non erat facturus ꝛ gestor hoc sciebat ꝛ tunc non videtur vtiliter gessisse. lz re vera respectu rei vtiliter gesserit. qꝛ res est meliorata sed non habetur consideratio ad hoc sed ad personam dñi. ꝛ hoc vsqꝫ ibi ego quero. Tertius casus est quando gestor ignorabat ꝙ dñs non fuisset facturus imo credebat contrariũ ꝛ sic bona fides ꝛ etiam bona gestio respectu rei videbanť sufficere vt haberet actionem sed non sufficiunt si appareat de contraria voluntate domini. Si autem sciuero hoc dic ꝙ an vtiliter sit gestum vel ceptũ non inspicitur respectu rei. quia res ex refectione efficitur melior ꝛ vtilior sed inspicitur respectu persone domini an sibi expediret impensam fuisse factam vel non ꝛ si erat idem facturus quod presumitur si erat potens. tũc habet locũ primus casus vt hec actio detur gestori. licet res ĩ qua facta est impensa post gestionem perierit sed si nõ expediebat dño nec erat facturus quod presumitur si erat pauper et impar sumptui non dicitur vtiliter gestum. vt in secũdo casu qñ gestor hoc sciebat. sed nec etiam si ignorabat ꝛ credebat vtiliter gerere nõ solum respectu rei sed persone. vt in vltimo casu: circa quem vide Inno. in. c. cum venissent. in fi. extra de eo q mit. in pos. vbi allegat istum tex. et dicit esse speciale in hoc. ꝛ ꝙ regulariter bona fides ꝛ opinio sufficeret vt si similis in possessionem rei alterius fecerat impensam quã dominus non erat facturus tamen erat vtilis respectu rei dic ꝙ potest eam repetere: quia fecit suspicionem necessitatis. sed hic in gestore non habent hanc suspicionem. vnde debuit esse magis curiosus in explorando si dominus erat facturus vel non. 3 † ꝛ iste tex. semper allegatur. ꝛ not. ꝙ quis põt relinquere rem suam ꝛ permittere domũ suam ruere si est impotens ad reficiendum nec cogitur reficere vt hic dum dicit vnicuiqꝫ liceat. ꝛ iura que videntur dicere contrarium loquuntur in eo qui potest reficere. vt. ff. de offi. presi. l. preses prouincie. et facit. j. de dam. infec. l. pretor. §. hoc edictũ. ꝛ quod not. extra de consti. in. c. que in ecclesiarum.

2 ☞ Depositarius quare teneatur solũ de dolo ꝛ lata culpa.

3 Si petijsti a me vt tibi cõmodarem equum quem tenebã in pascuis ꝛ dixi ꝙ eram cõtentus ꝛ ꝙ ires ad pascua: ꝛ reciperes: ꝛ tu postea completo vsu restituisti eum ad eadẽ pascua me ignorante ꝛ latrones eum furati sunt qõ tenearis de casu.

4 Gestor licet possit gerere illud quod vult ꝛ alia dimittere ꝙ tamen dominus negotiorum debeat omnia approbare vel omnia reprobare.

1 **In negotia.** ¶ † Gestor negotiorum nõ solũ tenetur de dolo et lata culpa ꝛ leui. sed etiã de casu si aggreditur negotiuz insolitum item lucrum cum damno compensatur 2 h.d. ¶ † Contra primũ dictũ huius. l. op. extra gl. ꝙ gestor nõ teneatur regulariter nisi de dolo et lata culpa. qꝛ gestor non fit gratia ipsius. sed gratia dñi negotiorum sicut in deposito quia non tenetur depositarius nisi de dolo ꝛ lata culpa. qꝛ depositũ non fuit factũ gratia ipsius sed gratia deponentis. l. si vt certo. §. nunc videndũ. j. cõmo. istud contrariũ nullus format. sed responde ꝙ hoc contingit hic. qꝛ gestor se obtulit gestioni nõ requisitus a domino vnde grauius oneratur. depositarius vero sic non obtulit sed rogatus custodiam recepit nec video aliam responsionẽ. facit. j. cõmo. l. si vt certo. §. interdũ plane. ¶ Item opponitur in. j. glo. similiter ꝙ ex solo dolo ꝛ lata culpa teneať vt. l. iij. §. interdũ. ff. eo. Sol. ibi negotium vel negotia erant deserta ꝛ nullus erat gesturus hic quando nõ erãt deserta nec cõstabat quod alius non fuisset gesturus. et sic venit leuis culpa nam in dubio cũ lex dixit aliquem de culpa teneri intelligitur de leui non de leuissima. vt no. in. l. si vt certo. §. nunc videndũ. j. cõmo. ꝛ ita intelligit hic glos. ¶ Item tertio oppo. ꝙ imo teneatur etiam de leuissima vt insti. de obli. que ex quasi contractu. §. j. in fi. ꝛ. l. si pupilli. §. videamus. ff. eod. Sol. verum est si dñs negotiorũ erat diligentissimus vel alius diligentissimus fuisset gesturus si ipse nõ gessisset hic non constabat de aliquo ipsorũ ideo nõ teneretur nisi de leui vt etiã not. in. l. iij. §. interdũ. ff. cõmo. ¶ Itẽ quarto oppo. in. iij. gl. qõ teneatur de casu nõ solũ qñ est aggressus negotiũ insolitũ sed etiã in pluribus alijs casibus in quibus leges dicunt dñm nõ teneri nisi quatenus est locupletior ꝛ sic si gestor expendit quinquaginta vtiliter tñ dñs non est locupletior nisi in. x. et si reliqua perempta sunt casu fortuito dãnũ est gestoris ꝛ sic teneretur de casu vt. ff. eo. l. si pupilli. in princi. ꝛ. §. sed ꝛ si quis negotia glo. fatetur ꝙ sunt alij casus in quibꝰ gestor tenetur de casu sicut in casu isto quod dic vt in glo. ꝛ vltimo glo. inducit istum text. a contrario sensu dum dicit gestorẽ teneri de casu qñ gessit negotiũ insolitum et sic si erat solitũ a contrario sensu non tenetur. 3 † Ad questionez de eo qui dimisit equum in pascuis quod declara si habebam equũ quẽ tenebam in pascuis qꝛ non poterã ipsum in domo gubernare. et requisisti me vt ipsum tibi cõmodarem et ego dixi ꝙ erã contentus ꝛ ꝙ ires ad pascua ꝛ reciperes postea tu completo vsu restituisti eum ad eadem pascua me ignorante ꝛ ibi dimisisti. ꝛ latrones ipsum furati sunt vel lupus occidit repeto a te equum quez habuisti a me ꝛ mihi non restituisti tu dicis te dimisisse in pascuis sicut tu reperisti ꝛ sicut eram solitus dimittere videtur per istum tex. a contrario sensu. ꝙ nõ tenearis de casu. qꝛ fecisti quod facere consueui hoc etiaz tenet Pet. ꝛ Cy. in. l. nemo. C. de episco. audi. Contrariũ videtur tenere Spe. in titu. de loca. §. postꝙ. versi. ꝙ si locaui tibi boues. dicens ꝙ cõmodatarius tenetur de culpa leuissima ꝛ lz culpa mea dimittentis in pascuis sine custode non sit punienda sed reprehendenda in illo tamen nõ solum reprehendenda sed punienda est. vt. j. solu. matri. l. si constante. §. si maritus. debuit enim ipsum consignare cõmodanti. et ista opi. rationabiliter videtur. Pro declaratione glo. magne si. opponitur cõtra vltimum casum huius. l. tribus modis qõ non debeat cõpensari 4 lucrum cum damno. † Primo quia negotium de quo hic erat meum ratihabitione possum ego ratum habere et approbare illud ex quo resultauit damnum. ꝛ sic non teneor compensare qꝛ primũ est meum scõm non. nam voluntas huic rei finem imponit. l. tutori. C. eo. glo. negat hoc ꝙ debeo vel ambo approbare vel ambo reprobare per. l. caius. j. de vsuris. ad contrarium non respondet. sed dic ꝙ loquitur in gestore. quia potest gerere illud quod vult ꝛ alia dimittere. Nos loquimur in dño negotiorum qui debet vel oĩa approbare vel omnia reprobare. ¶ Item opponitur scõo quia hic videtur contrarietas. nam primum dixit ꝙ dãnum est gestoris ꝛ lucrum est domini negotiorum postea dicit ꝙ si eueniet damnum vel lucrum compensatur lucrum cum damno ergo nõ est verum ꝙ lucrum fit domini postꝙ lucrum cõpensat. glo. soluit duobus modis. Primo ꝙ hic lucratur quando lucrum ꝛ damnum euenit in vna ꝛ eadem re. sed glo. reprobat quia tunc non potest dici lucrũ tantum deducto damno vel damnũ tm̃ deducto lucro. vnde soluit scõo ꝛ ista tenetur ꝙ primum dictum loquatur quãdo accidit damnũ tantũ ꝛ nullũ lucrum. quia tũc etiam nullũ damnum. Ultimũ dictum loquitur quando in vna re accidit lucrum in alia dãnum. ꝛ tunc est proprie compensatio. ꝛ sic non est cõtrarietas. ¶ Ultimo ad idem opponitur ꝙ non fiat cõpensatio. l. de illo. j. pro socio. quidam dicunt ꝙ ibi in vero contractu hic in quasi contractu. sed non tenetur ideo dic melius ꝙ hic quãdo damnum euenit sine culpa gestoris et tunc fit compensatio ibi quando cũ eius culpa ꝛ hoc tenet Bar. hic. ꝛ. j. eo. si quis negotio. ꝛ in glo. hic.

2 ☞ Filiusfamilias isto iure ffor. ꝛ in castrensi peculio non habebat heredem ab intestato. sed pater iure paterno occupabat non tanꝙ heres. sed bene poterat testari.

ni quod fieret conversio in istam que est solidi persecutoria. hic loquitur quando actio prima erat temporalis: et sic etiam inter est domini quod fiat conversio: quia ista est perpetua. Item su pra quando gestor tenebatur domino sed dominus non tene batur gestori: hic quando etiam dominus tenebatur gestori. et non reperit gestor i bonis domini unde sibi posset soluere. ideo non imputatur si a se non exegit: sed si inuenisset unde posset sibi soluere imputaretur: et sic fieret conversio ut hic colligitur a contrario sensu et ad istum contrarium sensum aduersatur. versi. sequens ceterum. quia hic loquitur quando actio prima erat temporalis. ideo imputat: quia intererat domini quod fie ret conuersio in istam perpetuam. sed quando prima esset per petua sicut ista non fieret conuersio: quia non interest domini quod fiat cum tantum possit consequi per primam quantum per istam: et hoc vult gloss. super illo versi. ceterum. in princi. poni tur enim hic casus primo quando gestor mutuauerat domino negotior et ab eo receperat pignora antequam inciperet gerere ne gotia eius. et postea nō exegit a se pignus. nam si nō potuit sibi soluere de eo quod mutuauit quia non reperit in negotijs do mini vnde non est sibi imputandum: quia non tenebitur resti tuere pignus nisi recepta pecunia debita. si ergo reperit et sibi non soluit nec pignus restituit illud quod reperit tenebitur ge stor restituere pignus per hanc actionem absque eo quod recupe 2 rat pecuniam mutuatam et hoc vult gloss. † Secundus casus ponitur quando gestor tenebatur domino actione redhibito ria pro animali morboso quod vendiderat vnde tenebitur re stituere pretium per actionem redhibitoriam que durat sex mē sibus. sed a domino debebat rehabere animal debitum et etiā accessionem: vt si erat equa et fecit pullum vel vacca et fecit vitu lum tenebitur etiam ad interesse si animal predictum culpa vel dolo suo fuisset deterioratum. item etiam si fuisset seruus tene bitur restituere quicquid per ipsum seruum fuisset acquisitum non ex re ipsius emptoris si ista non reperit in bonis domini: cum possit ea rehabere non imputatur sibi si preiudicium a se 3 non exegit: quia non tenebitur ipsum reddere nisi omnia ista rehaberet. vt in ti. de edi. edic. ¶ † Nunc ergo gloss. super versi. ceterum opponit ex istis duobus versi. colligitur distinctio in ter istos duos casus quādo actio prima erat temporalis: et tūc fit conuersio. et quando erat perpetua et tunc non fit contra quod non debeat fieri. nam nulla est actio ita perpetua que nōn tol latur tempore praescriptionis: patet in. l. ij. C. de consti. pecu. et in tit. de praescrip. xxx. ann. temporales enim actiones dicuntur ille que fuerunt introducte in esse cum certo spatio tem poris vt contingit in actionibus pretorijs: sed perpetue dicūtur que fuerunt introducte sine meta temporis. tamen postea per alias leges tollūtur tempore praescriptionis. si ergo tenebaris mihi actione perpetua reali vel personali. et de praescriptione longi vel longissimi temporis non supererant nisi duo dies quādo in cepisti gerere negotia mea et tu sciens hoc cum posses a te exige re non exegisti: an conuertatur illud debitum in hanc actionem gloss. secundum Jo. dicit quod sic. et quod inter perpetuam et tē poralem non est differentia substantialis. nam in vtraque distin guitur: aut lapsum est tempus durante gestione et tunc in vtra que fit conuersio aut non est lapsum. et tunc in neutra fit. Solū er go est differentia: quia plurimum contingit quod in tempora li durante gestione finitur tempus: sed in perpetua nō sic. quia longius est tempus praescriptionis. gloss. tenet quod non requi ratur vt tempus labatur durante gestione et satis colligitur ex princi. l. quod loquitur quando fuit soluendo durante gestio ne: et etiam nunc ea finita est soluendo quod nihilominus si fuit in mora exigendi a se fuit cōuersio: vt ibi propter casum qui po test euenire quod potest effici nō soluēdo. vt in fi. prime partis. eodemmodo quando actio erat temporalis et durante gestio ne tempus non est finitum nam nihilominus fit conuersio que finiri potest. dic ergo et istud non tangit glo. quod si esset finitum tempus durante gestione non esset differentia inter tempora lem et perpetuam sed si non est finitum est differentia quia si est 4 temporalis fit conuersio: quia potest cito finiri. sed si est perpe tua secus: † et quia plures sunt cause propter quas id quod de betur actione particulari conuertitur in actione vniuersali ne gotiorum gest. vel tutele ex diuersis causis. glo. hic notabiliter 5 ponit quatuor causas propter quas potest hoc fieri quod dic vt in ea. et signa ipsam. † sed vna particularis in aliam particu larem non transfunditur. ad quod. j. in. l. si remunerandi. §. apud iulianum. cetera dic vt in glo. que non tendunt ad aliud 6 nisi ad declarationem litere que remanet declarata per predi cta. ¶ † Et vltimo no. gl. l. j. in fi. que semper allegatur quod de iure canonico vel diuino non habet locum diuortium: quod est separatio matrimonij validi. vt eo facto tam vir quam vxor pos sunt trāsire ad alia vota vel matrimonium. Nam hoc hodie nō potest fieri: quia si matrimonium est validum non potest sepa rari vt quilibet eorum possit transire ad alia vota licet possit se parari torus vel propter religionem vel propter crimen adul 7 terij tamen quilibet remanebit sine alio coniuge. † si vero ma trimonium non tenuisset vt quia factum inter cōiunctos vsque ad quartum gradū tūc posset declarari nullum: et non diceretur diuortium sed separatio facti et quilibet posset transire ad aliud matrimonium. et ista propter diuinam scripturam: quod deus coniunxit homo nō separet: et sic etiam autoritate pape nō pos set fieri diuortium si matrimonium esset consummatū copula carnali: sed si per verba tantū de presenti posset propter ingres sum religionis dumtaxat: imo etiam sine pape autoritate ingre diendo religionem solueretur vt probatur in. l. deo nobis. C. de epis. et cle. et que sit ratio diuersitatis inter vnum casum et alte rum quantum ad potestatem pape habetur in. c. ex publico. ex tra de conuer. coniug. per glo.

1 **SI liber homo.** ¶ † Gerens suspicio ne necessitatis que nō suberat habet hanc actionem. Item soluens credi tori liberatur ipso iure a suo creditore si etiam ipse soluens tene batur eidem cui soluit. h. d. Et eidem si res sua erat illi obliga ta pro eo quod soluit. l. solutum. §. solutā. j. de pigno. acti. alias libe raretur tamen ope excep. l. si opera. j. de doli exceptio. In text. ibi mutuam pecuniam sup. sit. ex quo mutuo ipse obligatur mu tuanti et ego quia ipse exposuit in rem meam obligor sibi. s. hac actione licet non gesserim sponte. sed ex suspicione necessitatis que tamen non suberat ideo non facit hanc actionem cessare. er go etiam obligor mutuanti actione de rem verso. vt in gl. et sic ex causa ex qua liber homo tenebatur mutuanti ego etiam te neor: licet diuersis rationibus: et ista est ratio quare si soluo mu tuanti tollitur actio negotiorum gestorum que illi libero homi ni cōpetebat contra me ipso iure. sed si nullo modo tenetur cre ditori eius quia tamen erat suus creditor liberarer ope excep. vt in. d. l. si opera nisi esset obligata res mea.

2 ¶ Si quis gerat negotia ecclesie sine autoritate prelati. tene tur ecclesia inquantum est locupletior si cum autoritate prelati tenetur insolidum. et quid si res desinat esse.

1 **LItis contesta.** ¶ † Quandocumque esse illocupletem est causa actionis dande sufficit quod sit locuples tempore lit. cōtesta. vt agi possit: licet prius vel postea nō fue rit. h. d. et ad hoc allegatur. et pone casum quando fuerunt gesta negotia pupilli qui ex priuilegio pupillari non tenetur vltra quam sit effectus locupletior. vt ea. l. si pupilli. in princi. et. C. eod. l. ij. ¶ Sed oppo. quod imo inspiciatur tempus sententie. vt. j. soluto matrimo. l. rei iudicate. et. j. de peti. here. l. si a domino. §. quo tē pore glo. respondet quod si est locuples tempore contestationis li cet prius non fuerit vel postea desinat habeat locum quod hic dici tur: sed si tunc non fuit sed postea incipit esse. tunc sufficit quod reperiatur tēpore sententie vt in. ll. contrarijs. Bart. dicit quod hic quem esse soluendo erat causa actionis dande: sed in. ll. con trarijs. erat causa condemnationis moderande. ¶ Sed quali ter cognoscitur. respondeo inspicitur modus loquendi: quia si lex vel statutum dicat quem teneri vel obligari si est locupletior tunc est causa actionis dande: et ita est hic. sed si dicat quem non condemnari nisi quatenus est locupletior: tunc erit causa con ditionis moderande. Istud potest transire quod tūc inspicitur tempus rei iudicate. tamen in precedenti casu videtur tenenda opi. glo. que satis videtur probabilis. ¶ In tex. ibi: sine tuto ris autoritate. si enim cum autoritate tutoris gestor gessisset: obligaretur pupillus insolidum. vt. C. si tuto. vel cu. interue. l. 2 etiam. ¶ † Idem in ecclesia dicendum est quod si quis gerat nego tia eius sine autoritate prelati tenetur ecclesia inquantum est locupletior: si cum autoritate prelati tenetur insolidum. Bal. ¶ Item oppo. quod licet desinat res esse non desinit esse locu pletior: vt. j. quod me. cau. l. si ipsa solu. ibi erat conuersa in aliam rem. vnde no videtur desijsse nec locupletior esse. ¶ Tertio op ponit quod pupillus teneatur insolidum quatenus est locupletior vt. j. de solu. l. in pupillo. §. j. Solu. vt no. in. l. si pupilli. in princ. in. iij. glo. s. eo. quia ibi in negotio necessario gesto vt. s. eo. l. si ue hereditaria. l. autem si pupilli: et ista loquūtur in negotio nō necessario gesto. Quid autem si lex vel statutum dicat quē con demnari vel teneri si res ad eum peruenerit. non autem dicit quem teneri vel actionem dari nec dicit quem cōdemnari qua tenus est locupletior. sed solum teneri si ad eum peruenerat et res peruenit: sed non durauit an sufficiet peruenisse. de hoc dic vt. j. quod me. cau. l. videamus. cum. l. seq.

1 **SI pecunie.** ¶ † In hac actione veniunt vsure. et habetur in ea ratio culpe. non autem casus fortuiti. h. d. ¶ In tex. ibi si pecunie. scilicet dominice secūdū

Bal. ¶ In text.ibi negotia gessit:s.fenerando.quia dominus consueuit fenerari.al's esset in culpa aggrediendo negotia insolita.vt.s.eod.l.si negotia.ꝛ sic tenetur de casu. ¶ In text.ibi vsuras.s.quas percepit ex sui contractibus. ¶ In text.ibi et periculum eorum nominum subaudi propter culpam eius qui mutuauit illis quia non erant soluendo vel de quibus dubitabatur quod efficerentur non soluendo.

2 ☞ Filius in potestate vel emancipatus si habeat beneficiuz ecclesiasticum et pater gerat eius negotia tenebitur sibi et ipse patri actione nego.gest.

1 2 **Pater si.** ¶ † Etiam inter patrem ꝛ filium dari potest hec actio.h.d.† ꝛ no ꝙ si filius in potestate vel emancipatus habeat beneficium ecclesiasticum:ꝛ pater gerat eius negotia tenebitur sibi ꝛ ipsi patri hac actione.

2 ☞ Maius delictum est in faciendo q̄ in non faciendo.
3 Tutor vel alius administrator publicus si pecuniam pupilli vel reipu.conuertat in suam vtilitatem tenetur ad centesimas vsuras.ꝛ nu.i.ꝛ quid in gestore voluntario.
4 Usura dicitur pena quando debetur vel exigitur propter moram ꝛ potest pluries committi sed stipulatio penalis semel tantum committitur.

1 **Qui sine.** ¶ † In hac actione veniunt vsure non centesime sed communes.h.d.tota.l.Uel sic gestor si a se nō exegit quod exigere debuit ꝛ potuit tenetur ad vsuras illius pecunie quam exigere debuit scilicet que in regione frequententur non autem ad centesimas ad quas bene tenetur tutor vel alius administrator publicus:si pecuniam pupilli vel reipub.in suam vtilitatez conuertat quia plus delinquitur faciendo quod non debet q̄ non faciendo quod debet.hoc dicit in effectu.† Et sic no.ꝙ maius delictum est in faciendo q̄ in non faciendo.vt not.j.ad sillcia.l.ij. ¶ In princi.l.ibi creditoris sui negotia gessit sub.nec a se exegit.Raynu. ¶ In tex.ibi debituruz vsuras sub.si dominus negotiorum consueuerat fenerari vel ipse gestor fuerit in mora.al's secus.vt no.s.eo.l.si autem.ꝛ.j.de vsuris.l.qui semisse.hodie cum omnis vsura sit probibita cessat quod hic dicit. ¶ In text.ibi ꝙ si dies soluende pecunie.isto ergo casu debitū erat in diem lapso die esset in mora quia interpellat.l.magnaz.C.de contrahen.ꝛ commit.stipu.ꝛ sic indistincte teneretur gestor:sed si debitum erat purum non esset gestor in mora nisi foret interpellatus iuxta no.in.l.mora.j.de vsuris. ¶ † In text.ibi cuius tutelam negotia ve administrat. videtur ergo velle iste tex.quod nō solum tutor sed etiam gestor voluntarius:si pecuniam pupilli vel domini conuertat in suam vtilitatem teneatur ad centesimas vsuras.sed contra in gestore.quia imo non tenetur nisi ad illas que frequentantur in regione:licet tutor bene teneatur et etiam magistratus publicus. vnde opponit gloss.de.l.idemqꝫ.§.ij.j.manda.qui incipit si procurator.ver.si pecuniā ꝛ vsi.ꝙ si nō exercuit:sed ad suos vsus cōuertit.ꝛ soluit finaliter ꝙ hic nō loquitur de voluntario gestore:sed solū de tutore ꝛ dum tex.dicit cuius tutelam negotia ve.exponit.id est tutelaria negotia.Breuiter ista solutio videtur contra mentem litere.vnde potest dici quod aut gestor reperit pecuniaz in negotijs domini ꝛ ipsam in suam vtilitatem conuertit.ꝛ tunc loquitur.l.contraria.quia non tantum videtur deliquisse cum in exigendo interuenit eius industria. vnde mitius agitur cum eo q̄ cum illo qui nullam industriam exercuit in exigendo.ꝛ idem posset dici in tutore ꝛ alio administratore publico.ꝛ isto casu loquitur ille.§.si bene īspiciatur. ¶ In tex.ibi:maximas vsuras i.centesimas. ¶ † In text.ibi:vice cuiusdaz pene.not.quod vsura dicitur pena hoc verum quando debetur vel exigetur propter moram.sed aliquando exigitur etiam sine mora:quia deducte fuerunt in stipulationem.l.lecta.in fi.j.si cert.pe.ꝛ tunc non dicitur pena.quia illa non debetur sine delicto vel mora.item stipulatio penalis semel tantum committitur. vt.j.de arbi.l.si duo cum ibi notatis sed vsura pluries committi potest.

2 ☞ Soluens pro alio inuito an ꝛ qualiter possit hac actione recuperare quod soluit.
3 Potest quis alteri inuito prodesse non autem nocere:nec eius conditionem deteriorem facere.
4 Casus in quibus potest quis exigere pecuniam que alij debetur.

1 **Soluendo.** ¶ † Potest quis soluere p inuito vel ignorante ꝛ ipsuz liberare sed non potest actionem alteri auferre exigendo quod alteri debetur quia soluens non liberatur.h.d.ꝛ cum ista.l.coniunge.l.cum pecuniā.j.eod.quia quod hic deficit per illam suppletur.hic enim dicitur ꝙ potest soluere pro inuito ꝛ ipsum liberare sed dicitur hic an quod soluit p reo possit repetere:ꝛ ibi dicitur quod potest.† sed intellige quādo soluit pro ignorante.si autez pro inuito contradicente licet illuz liberauerit actionem tamen contra illum non habet.vt est casus in.l.si pro te.j.manda.licet alij contradicentes dicant qḋ interdum quis gerit pro inuito aliquid quod gerendo delinquid.et tunc non habet actionem.l.fi.C.eod.interdum gerēdo non delinquit:quia non tangit res alienas sed soluit pro vetante vel contradicente:ꝛ tunc non obstante prohibitione habet actionem.Breuiter ista distinctio tollitur per illam.l.si pro te.que loquitur in promittente ꝛ soluente pro alio inuito ꝛ contradicente.ꝛ sic non deliquit ꝛ nihilominus non repetit ꝛ sibi imputat.Sed an possit petere a creditore cui soluit vt cedat sibi actionem contra istum debitorem contradicentem.dic vt no.C.de solu.l.nulla. ¶ In tex.ibi:non potest iure exigere:vt si exigit non liberat soluētem.ꝛ sic non tollit actionem creditori inuito.facit.l.stichum.j.de noua.in fine. ¶ In text.ibi naturalis enim.† Nota regulam quod potest quis alteri inuito prodesse non autem nocere nec eius cōditionem deteriorem facere ꝛ semper allegatur ista.l. ¶ In gloss.j.ibi.sed contra.j.de regu.iur.l.inuito.dic secundum Dyn.ꝛ alios reiectis solu.gloss.quod si aliquid gerendo te inuito nulli alteri confero vtilitatem q̄ tibi non possum illud facere te inuito vt in contrario:sed quando affero alteri vtilitatem q̄ tibi vt in casu isto quia sicut interest sua liberari:ita interest creditori recipere quod sibi debetur.tunc illud bene possum facere te inuito ꝛ vtrumqꝫ confero beneficium in alio contrario glo.dic vt in ea. ¶ † Nota glo. sequentē in qua enumerantur casus in quibus quis potest exigere pecuniam que alij debetur.hoc intellige pro ignorante non pro inuito.regulariter secus: quia quis non potest tollere obligationem vel actionem alteri competentem.vt.l.stichum.§.fi.de noua.fallit in istis.

1 **Si cōmunes edes.** ¶ † Quod ire communi quis facit non ex necessitate communionis venit in hanc actionē non in actione communi diuidundo.h.d.ꝛ semper allegatur ad hoc.

1 **Qui seruum.** ¶ † Qui defendit seruum alienum in actione noxali habet hanc actionem non actionem de peculio.hoc dicit.nam non contrahit vel quasi contrahit cum seruo quo casu datur actio de peculio contra dominum sed potius videtur contrahere vel quasi contrahere cum domino defendendo rem suam ne alteri adiudicetur. ¶ In textu.ibi defenderit.subaudi ꝛ cuz probata esset noxa soluita genti damnum.quod forte erat in.x.ne aduersarius agens faceret sibi adiudicare seruum pro noxa qui valebat multo plus illa ergo.x.repetam per hanc actionem non per actionem de peculio:sed si maius erat damnum q̄ seruus videlicet non bene fecisset soluere:sed potius habuisset pati quod seruus daretur pro noxa.et sic non repeteret et hoc vult glo.

1 **Si serui.** ¶ † Qui gerit negotia domini p̄suasu serui habet hanc actionem contra dominum si mandato serui habet actionem de peculio h.d.primo casu videtur gessisse contēplatione domini non serui in secundo vero contemplatione serui:ꝛ sic potus gerit negotium serui q̄ domini. ¶ In text.ibi:si vero mandato serui.subaudi et eius contemplatione non mea:ꝛ propter eius mandatum nam tunc contraxisti cum seruo.ideo habes actionem de peculio contra me et de in rem verso.sed in precedenti casu nō cum seruo:sed mecuz videris contraxisse.licet motus fuerit rogatu serui.est autem longa differentia inter hanc actionem et de peculio:quia ista datur insoliduz sed de peculio non.sed quatenus est in peculio. ¶ In fine prime gloss.ibi:sed cōcilij dandi ad quod vide quod not.s.de in fami.l.ob hec verba.in vltima glos.

1 **Is qui.** ¶ † No.hic secundum Bal.quod pupillis non habentibus tutorem quilibet amicus potest facere sibi dari.ꝛ si habet quilibet potest ipsum accusare de suspecto et facere ipsum remoueri:quia est opus pium. ¶ Item quod expensam quam in hoc fecit non recuperat sed censetur fecisse animo donandi si habuit amicitiaz cum patre quod intelligo si sint parue nam in magnis non ita presumitur animus donandi nec etiam presūmeretur in alia impensa non pia que non esset circa personam pupilli.datio enim tutoris est circa personaz:quia tutor datur principaliter persone.et ad hoc.l.alimenta.C.eodem.glo.opponit quod licet amicitia paternali videtur hoc fecisse posset tamen repetere vt supra eodem.l.si pupilli.§.si ego.gloss.soluit:sed clarius ibi super verbo amicitia.Tu dic melius:quia aut propter amicitiam quam habui cum patre tuo gero negotium tuum pium ꝛ circa personam tuam modicum non impendo ꝛ tunc loquitur hic ꝙ

hic quod video fecisse animo donandi. Aut propter amicitiã patris tui gero negotium ipsius patris. ⁊ etiam alio respectu est tuum: ⁊ tunc loquitur contrarium: quia videor contemplatione patris gerere vt repetam non vt donẽ. est ergo hic pietas paternalis et charitatiua erga filium contemplatione patris. vt no. glo. in. d. §. sed si ego.

2 ¶ Ad honores perueniendum est per gradus.

3 Negotium si pertinet ad aliquem ratihabitatione. ea ratihabitione secuta parit hanc actionem secus si non habeat ratum si vero pertinet ad eum reipsa licet non ratificet dabitur gestori hec actio nego. gesto.

4 Pro honore habendo inhoneste datur pecunia.

1 **Que vtiliter.** ¶ † Impensa quam gestor facit in acquirendo honorem domino dicitur vtilis et potest repeti per hanc actio-

2 nem si honeste et per gradus acquisiuit. h. d. † ⁊ semper allegatur quod ad honores perueniendum est per gradus. i. de minori ad maiorem non autem postpositis gradibus: quia tunc habet locum autoritas gloss. quod casum sibi querit qui post ruptis positis gradibus per abrupta querit ascensum: et pone hic exemplum si gestor impetrauit a superiore aliquod officiũ pro domino qui merebatur et erat aptus ad illud exercendũ et soluat cancellario pro litera: et alias impensas consuetas fecit si dominus ratum habeat repetitiones expensas. als se-

3 cus † quia erat negotium quod pertinet ad dominum ratihabitione: quia nisi ratum habeat nec damnum nec vtilitatem sentit ipse vel res sue. quando autem sentiret vt si expenderem in rem tuam tunc dicitur re ipsa vel si te liberarem soluendo. vt. s. eod. l. soluendo licet enim postea nõ ratifices tamẽ habeo actionem. vt. l. cum pecunia. s. eod. licet anteꝙ solueres inhibens. se-

4 cus vt dixi in. l. soluendo. ¶ † Oppo. quod non posset honeste dare pecuniam pro honore acquirendo cum talis incidat in. l. iuliam ambitus. quidam dixerunt quod olim dabatur honeste hodie ista non placet. Alij dicunt quod palam datur honeste: clam non. Tu dic quod si do pecuniam pro honore habendo inhoneste do et tunc habet locum ille titulus. sed si pro honore dato gratis do pecuniam pro literis habendis vel ꝓ alijs expensis tunc licite do et de istis loquitur iste tex.

2 ¶ Seruus cui relicta est libertas pure ⁊ simpliciter licet non teneatur reddere rationem de ante gestis tenetur tamen reddere quicquid habet de bonis defuncti.

1 **Qui pure.** ¶ † Seruus cui relicta est libertas pure et simpliciter non tenetur reddere rõnẽ de ante gestis. h. d. sed si sub conditione si rationes reddiderit secus vt in glo. ⁊ etiam aliquando positoꝙ pure sit relicta. vt. l. si. §. penul. j. de peti. here. et rationem specialitatis ponit hic gl. quia ibi vnũ inducebat ꝓ ipso cõtra ius cõe: ideo aliud induci tur cõtra ipsum. iuxta illud qui in vno grauat in alio releuatur

2 et ecõuerso. l. eũ qui. j. de iureiurã. ¶ † In tex. ibi libertatem acceperit: ⁊ sic adita hereditate statim sunt liberi. et si heres petat vt reddat rationem de prius administratis non tenet reddere quia videtur hoc per testatorem remissum. si tamen aliquid haberent de bonis defuncti reddere tenentur: quia in dubio reliqua non videntur remissa. l. si quis rationem. j. de libe. lega.

2 ¶ Ubicunqꝫ quis remaneret in damno si quid indebite soluit non posset repetere non tamen semper dabitur ei actione nego. gestorum.

3 Quomodo cognoscitur an quis soluerit nomine proprio vel hereditario ⁊ quando solutum repetat.

1 **Titius pecuniam.** ¶ † In negotio quod pertinet ad aliquẽ ipso gestu ille tenetur ad quem in veritate pertinet. licet alterius cõtemplatione sit gestum. h. d. vel sic. Qui soluit debita hereditaria contemplatione illius quem putat heredem cum non sit re petita a vero herede licet eius contemplatione nõ soluerit. h. d. facit. s. eod. l. item. §. fina. ¶ In tex. ibi heredem ex testamento

2 extitisse ⁊ sic contemplatione sororis als non facturus. et hoc faciebat dubitationẽ scd̃m Bal. † Sed quia si non posset repetere a vero herede a nullo alio posset repetere. ⁊ sic perderet qd̃ soluit: ⁊ hoc non est iustum cum soluerit bonafide. ideo si conceditur vt contra eũ agat ⁊ hoc retento glos. opponit: quia si ista ratio est bona sequitur ꝙ vbicunqꝫ quis remanet in damno in debite si quod soluit nõ posset repetere dabitur sibi hec actio et tñ hoc non est verum vt in gloss. propter hoc gl. supplet ad tex. quod dic vt in ea. ¶ Oppo. in gl. ꝙ iste soluens nõ repetat a vero herede. sed ab eo cui soluit. qui licet illi deberetur non tamẽ debebatur a soluente. sed a vero herede. ergo soluens videtur soluisse indebitum respectu sui et hoc videtur sufficere vt habeat conditionem indebiti: vt. l. si pene. §. j. j. de condi. inde. sed iste text. vult qd̃ non repetat ab eo cui soluit sed a vero herede. gl. soluit quod contrarium loquitur quando soluisset proprio

3 nomine. hic loquitur quando soluit hereditario nomine. † Sz quomodo cognoscitur hoc an soluerit proprio nomine vel hereditario. dic vt ibi dixi. nam si credo me heredem indubitanter: quia nullus mihi mouet litem de hereditate videor soluisse nomine proprio: quia postꝙ adiui desinit esse hereditas vnde non potest dici quod soluam nomine hereditario et tunc repeterem ab eo cui soluissem si non indubitanter credebam me heredem: imo cum dubito quod forte mihi mota erat lis vel controuersia: tunc videor soluisse nomine meo si sum verus heres. et si apparebit contrarium videor soluisse nomine hereditario seu nomine veri heredis. ideo tunc si apparet me non esse repeto a vero herede cuius contemplatione videor soluisse. et ista videtur mihi veritas. licet per glo. ⁊ docto. non tangatur videtur in casu istius. §. si credebat indubitanter sororem esse heredem quia nulla lis vel controuersia erat mota qd̃ tunc possit repetere ab eo cui soluit: sed si erat mota repetit a vero herede per hãc actionem.

2 ¶ Una species neg. gesto. quod pertinet ad dominum quia voluit vel mãdauit quod gereretur: nec ad eum pertinet re ipsa nec ipso gestu: nec cura ⁊ solicitudine: nec etiam ratihabitione.

3 Si tale negotium geratur per patrẽ mandatarij ⁊ sic cõtemplatione filij ad quem pertinebat cura ⁊ solicitudine. quare nõ dabitur inter patrem ⁊ dominum actio neg. gestorum sed detur filio mandatario actio mandati.

4 Procurator ad negotia statim quod acceptat mandatum censetur esse negotium suũ cura et solicitudine: et potest tunc aliũ substituere.

5 Si iudicium agitatur nomine domini. non dicitur negotium procuratoris constituti ad iudicia nisi post litem contest. ideo prius non potest alium substituere suo nomine.

1 **Mandasti filio.** ¶ † Si gessi negotiũ qd̃ alteri mandasti gerendum tui tantum contemplatione non mandatarij: datur inter te ⁊ me hec actio sicut si nulli alteri mãdasses gerendum: sed si hoc feci contemplatione mãdatarij ne ipse tibi teneatur mãdati tunc non datur inter te ⁊ me hec actio sed si mandatarius erat in potestate mea datur mihi ex persona sua actio mandati que fuit mihi per ipsum acquisita et tibi datur contra me de peculio sed si nõ erat in potestate mea nulla actio datur mihi cõtra te sed datur hec actio contra mandatarium ⁊ mandatario contra te datur mandati. h. d. ⁊ est vna no-

2 ua lex † Africani qui fecit leges subtiles ⁊ speculatiuas. Et dicit Bart. ꝙ hic ponitur vnũ genus seu vna species negotij gesti vltra alias quas posuit glo. in. l. si pupilli. §. item querit. s. e. quod dicit tuũ: qꝛ voluisti vel mandasti ꝙ gereretur nõ alia ratione vel respectu. mãdasti enĩ ꝙ tibi emeretur fundus. istud negotiũ non pertinet a te re ipsa: qꝛ nihil geritur circa rem tuam si fundus ematur: nec ipso gestu: quia emens nõ soluit aliquid ad quod teneris nec te liberat. nec cura et solicitudine: sed potiꝰ ad ipsum mandatarium isto modo pertineret: nec ratihabitione: quia ratihabitio sequitur actum: hic vero mandatũ precessit: pertinet ergo ad te ideo quia voluisti geri: ⁊ in hoc differt ab eo quod est tuum ratihabitione: quia hic precessit mandatum ibi vero sequitur ratihabitio in quo genere seruandũ est quod hic dicitur. ¶ In tex. ibi ego ipse cum tibi emi: supple cum precium de pecunia mea solui. vnde volo ipsum a te repetere. queritur an possim ⁊ qua actione. distingue vt sequitur. ¶ In text. ibi nã si propterea quod tibi necessariũ esse. supple et sic tui cõtemplatione non autẽ contemplatione filij mandatarij. quia nõ emi ne filius tuus tibi teneatur mandati si negligeret imple re mandatum quia bene sciebam ꝙ non negligeret sed emi vt tibi seruirẽ postꝙ ista erat voluntas tua ꝙ emeretur. vnde perinde habeo contra te hanc actionem acsi nulli mãdasses quod emeret. et ego sciens ꝙ hoc volebas emi. ¶ In text. ibi si vero propterea emerim ne filius meus mãdati iuditio teneatur subaudi: ⁊ sic cõtemplatione filij mei. non cõtẽplatione filij tui. in isto casu nõ habeo contra te actionem nego. gestorũ. licet istud negotium ad te pertineret. qꝛ voluisti ꝙ emeret nõ alia ratione sed gessi negotiũ filij mei. qꝛ ad ipsum pertinebat cura ⁊ sollicitudine postꝙ mandatum susceperat. ⁊ ideo sicut filio ementi et soluenti de sua daretur actio mãdati si nõ esset ĩ potestate mea ita ⁊ mihi ementi ⁊ soluenti de meo datur actio mãdati ex persona filij: quia ex cõtractu suo tecum celebrato eam mihi acquisiuit. l. cum seruus. j. manda. ⁊ C. si seruus extε. l. j. tibi vero da-

3 tur cõtra me actio de peculio ex contractu celebrato cum seruo meo non tantum iussu meo. ¶ Sed oppo. quod imo detur mihi contra te hec actio. quia istud negotium censetur pertinere vno respectu ad te. alio respectu scilicet cura et solicitudine ad filium meũ: sicut negotium pupilli dicitur pertinere ad tutorem.

cura et solicitudine sed si negotium geratur contemplatione tutoris: non solum ipse tutor tenetur sed et pupillus: ita et hic debes tu teneri. vt. s. eo. l. si pupilli. in princi. et insolidum quia non es pupillus. Solu. et tene menti. quia subtile contrarium loquitur et haberet locum in negotio quod ad te posset pertinere reipsa vel ipso gestu. hic vero neutro istorum imo solum ex hoc quod geri mandasti quo casu si geratur contemplatione eius cui mandasti non datur actio ista contra te in aliquo mihi gerenti. sed datur ei cui mandasti actio mandati vt est casus hic: et nunc intelligis substantiam huius legis: et differentiam inter casum et casum. Sed contra quod idem si pertinebat ad te ipso gestu. vt in casu qui ponitur circa finem quando mandasti vt fideiuberet pro te. nam idem dicitur quod. s. et tamen istud ad te pertinet ipso gestu. quia fideiussor si soluat te liberat: scilicet quod pro te fideiubeat non pertinet ipso gestu ad te. sed si solueretur fateor contrarium et super hoc contrario vide hic Bar.

4 ¶ † In text. ibi: quia et si titius id mandatum suscepisset. dum dicit titius intellige scilicet qui non erat in potestate mea. et not. hic secundum Bart. quod statim quod procurator ad negotia mandatum acceptat censetur esse negotium suum cura et solicitudine: et hec est ratio: quia potest saltem alium substituere. vt. j.

5 manda. l. si procuratorem. §. j. † sed si iudicium agitatur nomine domini actio non dicitur negotium procuratoris constituti ad iudicia nisi post lit. contest. ideo prius non potest alium substituere suo nomine secundum Bar. ¶ Ultimo pro declaratione glo. opponitur inquantum hic dicitur patrem teneri de peculio si contemplatione filij emit: imo videtur teneri insolidum quia agnouisse videtur officium quod filius assumpsit emendo vt videmus in patre agnoscente tutelam delatam filio. vt. j. de tu. l. si filius. gl. soluit pluribus modis. communiter tenetur secunda sol. quod speciale sit in tutela datiua que datio fit per iudicem vt pater agnoscens teneatur insolidum. secus in testamentaria: vt. l. lucius. j. de admi. tu. et idem in alio officio priuato: vt hic sed ad quid tenetur de peculio vel propter quid dic vt in glo.

2 ¶ Actio negotiorum gestorum directa que sit et que vtilis et an sit differentia inter eas in effectu. et nu. 3.

3 Actio vtilis vel vtile interdictum tunc datur quando non adsunt verba nec etiam mens sed adest interpretatio legalis extendens legem de casu ad casum.

1 **Actio negotiorum.** † Premitte ad euidentiam quod olim actiones proponebantur cum certis solennitatibus verborum que dicebantur formule que hodie sunt sublate querant aucupationes verborum. vt. C. de formulis per totum. et tunc iudicia dicebantur solennia et actio directa dicebatur hodie sublatis formulis actio magis dici potest vtilis et iudica extraordinaria vnde queritur hic an sit differentia inter actionem que olim proponebatur cum formulis et illam que hodie proponitur sine formulis. et dicitur quod non secundum primam lec. glo. secundum quam non habet contrarium nec dubitationem: quia illa eadem actio que olim propo-

2 nebatur hodie proponitur licet non eodem modo. † Sol. premitte quod actio directa negotiorum gestorum datur voluntario gestori et contra eum. sed necessaria vt curatori non datur directa sed vtilis quia edictum pretoris et eius verba loquuntur de voluntario: vnde queritur an sit directa que datur ex verbis legis et vtilis que secundum gl. datur ex mente. et dicitur hic quod non. et sic sunt eiusdem vtilitatis et tantum quis consequitur per vnam quantum per alteram. ¶ In hoc quod glo. dicit vtilem dari ex mente legis licet non ex verbis: Ultramontani reprehendunt dicentes quod ex mente legis. et ita datur directa sicut ex verbis et mente. vt l. vti possi. C. et ff. nam edictum pretoris loquitur ibi de edibus et tamen quia est eadem ratio in alijs predijs. et sic adest mens: licet non verba datur directum interdictum. † tunc ergo datur

3 vtilis actio vel vtile interdictum quando non adsunt verba. nec etiam mens. sed adest interpretatio legalis extendens legem de casu ad casum quia presumit legislatorem sic voluisse si de hoc cogitasset sicut videmus in tacita pupillari comprehensa in expressa vulgari et econuerso. l. iam hoc iure. j. de vulga. et pupil. nam est vere interpretatiua. quia nec venit ex verbis nec ex mente. sed ex interpretatione iurisconsultorum. et illa est que non excludit matrem. l. hoc iure. j. de vulga. et pupil. et C. de institu. et substi. l. fina. sed si haberet mentem licet non verba que possent colligi ex aliquibus coniecturis non esset mere interpretatiua et matrem excluderet sicut si esset expressa ita in actione que non prouenit ex verbis sed bene prouenit ex mente vt dicatur directa potius quam vtilis. ¶ Item op. quod imo sit differentia inter directam et vtilem: quia in directa eo modo tenetur heres quo defunctus scilicet dolo lata culpa et leui. sed in vtili in plus tenetur defunctus quam teneatur heres. vt eo. titu. C. l. tutoris. et no. s. eo. l. iij. §.

a ¶ Calumniatorib[9] Adde quis dicatur calumniator. et vide tex. in l. j. j. rn. j. ad turpil. et l. athletas §. calumniator. j. de infa. et quod ibi bar. et in. §. notandum. iij. q. iiij. et intellige quod quis non solum dicitur calumniator agendo: sed etiam excipiendo vt. l. j. C. de ad noca. diuer. iu. et dicit Bldr. in suo consilio. liij. Jo. an. in titu. de accusa. ad fi. Cur. ado mi i hoc do. Bar. so. zi. an psi. cxlvj. coiu. v. versic. nec obstat.

hac actione. et §. interdum. Solu. fateor quod in hoc differunt quando datur contra heredem sed quando contra principalem gestorem non differunt in effectu. Cetera circa istum articulum de directa et vtili dic vt. l. j. C. de actio. et oblig. per Cy. et eod. titu. j. per Bart. in princi.

2 ¶ Si acquisiui actionem pro te et tu non vis quod tibi cedam potes me compellere vt liberem debitorem. vel quod eam alteri cedam et an ante cessionem possis debitorem liberare.

1 **Ignorante.** ¶ † Qui acquirit actionem pro alio tenetur de illa facere quod illi placet. h. d. et tene menti. si ergo procuratorio nomine tuo stipulor vel vendo vel emo. quod mihi acquiritur actio non tibi: quia non potest quis alteri stipulari vel pacisci vt illi acquiratur tamen teneor cedere actionem mandati. l. possessio quoque. §. et si possessio. j. de acquiren. posses.

2 si tu non vis † quod cedam sed quod liberem debitorem potes me ad hoc compellere vt est casus hic. et idem si velles quod cederem alteri quam tibi. facit. l. idemque. §. si cuius. j. manda. quinimo tunc etiam ante cessionem potes liberare debitorem per pretium. vt tetigi s. de pac. l. si cum pretore. et probatur. j. de iure dotium. l. mulier bona. §. si. qui icipit si mulier. als est lex. et. j. de doli exceptio. l. si cum exceptio. §. mandauit.

2 ¶ Si in re mea quam credebas tuam: impensam facis: non habes actionem contra me.

3 Si vendis rem meam nomine tuo sine meo consensu quod habeam actionem in factum de qua hic vel negotiorum gestorum si ratifico et res sit perempta seu prescripta.

1 **Item.** ¶ † Si vendis rem meam nomine tuo sine consensu meo ea perempta vel prescripta cum agere non possim ad eam. possum contra te agere ad precium vtili negotiorum gestorum habetido venditionem ratam in subsidium. licet non fuerit facta nomine meo. ad hoc semper allegatur tex. cum gloss. de cuius materia vide plene per gloss. et Cyn. in l. mater. C. de reiuendica. et per Barto. in l. si cum seruum. j. si certum peta. vbi subtiliter declarat. Et legitur duobus modis in gloss. vno modo vt ponantur hic tres casus. primus vsque ibi vt dare debere. secundus vsque ibi sicut ex contrario. tertius vsque in fine. Alia. l. est vt ponat duos tantum. primus vsque ibi sicut ex contrario. secundus vsque in fine. pro cuius declaratione vt intelligas oppo. contra versi. vt dari deberet. nam iurisconsultus videtur adducere probationem primi casus per alium casum similem. quia si geris negotium meum credens esse tuum datur tibi actio contra me. tamen si rem meam credens esse tuam vendis datur mihi contra te actio ad precium: quia videris gessisse negotium meum

2 in veritate credens esse tuum. † Sed contra quia si in re mea quam credebas tuam impensam facis non habes actionem contra me. vt. l. si in area. j. de condi. indebi. in fine. sed solum exceptionem. propter hoc dicit Azo quod non est intentio tex. dicere quod si gessisti negotium meum credens esse tuum detur mihi actio contra te. vel tibi contra me. sed vult dicere quod sicut quando vendidisti rem meam nomine tuo ea perempta datur mihi actio contra te ad pretium ita si non est perempta vel prescripta: quia eadem est ratio cum desinat mihi esse consultum ad rem: equitas dictat quod agam ad pretium contra te. ¶ Opponitur in glo. que incipit insolidum quod non possim habere hanc actionem contra te ad precium nisi ratam habeam venditionem. nam istud est negotium quod ad me non pertinet reipsa nihil enim impendisti in ea re: ex quo res sit effecta melior pertinet ergo solum ratihabitione. sed hic de ratihabitione nihil dicitur propter hoc gloss. subaudit quod ego ratum habui: als hanc actionem non possem habere: quia negotium non esset

3 meum nec reipsa nec ratihabitione. ¶ † Sed contra secundo quod imo habeam actionem etiam si non ratificem per. l. si et me et titium. j. si cer. peta. Sol. actionem negotiorum gestorum non habeo si non ratifico. quia negocium non est meum: sed actionem in factum ex equitate illius legis ne locupleteris cum mea iactura bene habeo: vt ibi. Sed contra tertio quod illam non habeam: quia non est verum quod locupleteris cum mea iactura cum titulum onerosum habueris a me: quia emisti seruum cum peculio et illa lec. loquitur quando nullum titulum habebas: vel habebas lucratiuum. Sol. in seruo et in peculio et rebus peculiaribus bene habebas titulum onerosum. sed in ista re subtracta et per te vendita nullum titu. habebas. quia non erat peculiaris et sic locupletareris si non redderes mihi pretium.

a ¶ De calumniatoribus[a]. Rubrica.

2 ¶ Licitum est mihi dare ne detur iniqua sententia contra me sed non est licitum dare vt detur equa pro me: et si dedi non repeto. Differt

3 Differt iste titulus a titulo de cōdi. ob turpem causaȝ. quia iste prouidet ei in cuius preiudicium datum est quod non est in titu. de condi. ob turpem causam.

4 Hoc edictum non extenditur quando datur in negotio extraiudiciario sed tunc talia lucra auferuntur a fisco.

1 ¶ †Supra titu. precedenti loquitur quando quis gerit negotia nostra nostro nomine ⁊ ad nostram vtilitatē. iste tit. tractat de eo qui gerit non nostra: sed sua negotia non nostro nomine sed suo. et ad nostrū damnū. vt si litigabamus tu ⁊ ego. ⁊ tu cuȝ non foueres iustitiam dedisti pecuniam iudici vt daret contra me sentētiā ꝓ te: vel procuratori meo ipsum corrūpendo vt per mitteret dari cōtra me. naȝ super hoc emanauit edictū pretoris quo cauetur vt mihi detur actio in factum contra iudicem vel procuratorem ad pecuniam receptam cum triplo. ⁊ sic ad quadruplum. ⁊ iste est vnus casus quando datum fuit vt negotium fieret per calumniā in iudicio ꝯtra alium. alter casus est quādo darem eisdem ne daretur contra me iniqua sententia quo casu vertitur turpitudo solum ex parte recipientis nō ex parte mei dātis. sed in precedenti ex parte vtriusqꝫ certe etiā hoc casu datur hec actio in factum ad repetendum pecuniam datā cū triplo. ⁊ sic sicut dedisti vt fiat. ⁊ ego vt non fiat habeo actioneȝ ad repetendum data per te ⁊ etiam ad repetendum data per me ⁊

2 quadruplicata. vt. ī. eo. l. ⁊ generaliter. §. illud. † ⁊ sic licitum est mi dare ne detur iniqua sententia contra me. sed non est licitum dare: vt detur equa sententia pro me: ⁊ si dedi non repeto: quia turpiter videor dedisse iudicem corrumpendo. vt. ī. de cōdi. ob

3 tur. cau. l. ij. in fi. imo perdo litē. vt ibi dicitur. ¶ †Sed ad quid emanauit hoc edictum pretoris nonne satis erat titulus ille de condi. ob tur. cau. Sol. nō. ibi enim tractatur an repetere possit ille qui dedit quo casu distinguitur an versetur turpitudo ex parte recipientis tantum ⁊ datur: an ex parte dantis vel ex parte vtriusqꝫ. ⁊ nō datur: hic vero edictū pretoris prouidet ei in cuius preiudiciū datum est vt licet dans non possit repetere tamen repetat ille in cuius preiudiciū ⁊ damnū dedit et etiam ille qui dedit sed non turpiter habet hanc actionem que est famosa ⁊ datur ad quadruplū computato simplo. Itē habemus in ista materia titulū. C. de pena iudi. qui ma. iudi. vbi sunt cōstitutiones principis punientes dantem vt perdat causam de

4 quibus fit mentio hic in versi. sed hec cōstitutio. † Item aduerte quia hoc edictum loquitur quando datur vt aliquid fiat per calumniam in negotio iudiciario non ergo extenditur qñ in negotio extraiuditiario: ideo si dares pecuniam titio vt me offenderet: vel aliam iniuriam faceret non datur mihi hec actio contra titium ad repetendum data. sed auferentur a fisco: quia illicita lucra sunt auferenda. vt. ī. eo. l. in heredem.

2 ☞ Actio ex hoc edicto cum sit famosa non datur contra parētem vel patronum sed datur actio in factum generalis que datur in subsidium aliarum actionum nec agens consequitur hic quadruplum.

3 Qui aliquid dedit alteri vt negotium iudiciarium fiat per calumniam tenetur etiaȝ ipse ad quadruplū sicut ille qui recepit.

4 Actio ex hoc edicto ꝙ sit famosa.

5 Si quis accepit vel dedit alteri vt negotium alteri fiat quādo puniatur pena applicanda parti ⁊ quando fisco.

6 Non potest quis de vno delicto criminaliter puniri diuersis legibus ⁊ sic diuersis penis.

7 Si tu dedisti vt fiat mihi negotium calumniose. ⁊ ego dedi vt non fiat habeo actionem in factum ad repetendum quod ego dedi quadruplicatum ⁊ si decedo anteꝙ agam heres aget solū ad simplum per hanc actionem.

8 Quare non detur heredi ad penam.

9 Quod pro eo quod tu dedisti competat etiam mihi actio ⁊ non tibi ⁊ an eam transmittam ad heredem.

1 **In eum qui.** † Diuide istum tituluȝ in quatuor partes. nam primo ponit verba edicti pretoris que cōtinent duos casus. Primꝰ est de illo q dedit vt alteri negotium fiat per calūniaȝ. ⁊ sic versatur turpitudo ex parte dantis ⁊ accipientis. Secūdus de illo q dat vt ibi ꝑ calūniam non fiat. ⁊ sic nō versaṫ turpitudo ex parte dantis. sed ex parte recipientis. et vtroqꝫ casu dicit dari actionē in factum ei ob cuius damnū datū fuit ad recipiendū in quadruplū ⁊ sic cōtra recipientē. ⁊ hoc vsqꝫ ibi hoc iudiciū. Secundo prosequitur primum casum declarādo. v. vel vj. dubia circa ipsum vsqꝫ ad. l. ⁊ generaliter. ver. fina. qui incipit queritur si quis a te pecuniam ⁊c. Tertio prosequitur casuȝ secūdum declarādo similiter. iiij. vel. v. dubia vsqꝫ ad. l. annus. Quarto mixtim prosequiṫ vtrūqꝫ casum vsqꝫ in fi. titu. Simi

2 liter in primā parte sunt due gl. vel tres. † Prima limitat tex. quod hec actio cum sit famosa non datur contra parentem vel patronum. vt. ī. de obse. l. parēs. scilicet vt detur cōtra eos actio in factum ex hoc edicto. sed dicit dari actionē in factū generalē que datur in subsidium aliarum actionum. ⁊ in hoc bene dicit. Item dicit ꝙ per illam actionē in factū generalē consequitur agens quadruplum sicut per istaȝ. hoc non placet: quia illa nō fuit introducta ad penam petendam. alˀs non esset differentia inter vnam et alteram. vnde non esset ratio quare illa generalis daretur contra petentem et patronum cum ista non detur postꝙ actor tantum prosequitur ex ista quantum ex illa. Item

3 ij. gloss. dicit † quod non solū ille qui recipit tenetur in quadruplum. sed etiam ille qui dedit. allegat aliquas leges que nō probant licet dicant dantem in alio puniri. scilicet quia perdit cau

4 sam et si bonam causam habeat. † Tertia gloss. super verbo competit dicit hanc actionem esse famosam. quia oritur ex turpitudine recipientis. Super secunda parte sunt due gloss. ma

5 gne. † Prima que incipit criminale enumerat alias leges per quas punitur qui accipit vel dat alteri vt negotium alteri fiat nam quedam puniunt recipientem ciuiliter pena applicanda parti vt est hoc edictum. quedam vero criminaliter pena applicanda fisco. vt. l. iulia. repetundarum. ⁊ l. cornelia de falsis. et ille non requirunt vt detur ꝙ calumniose fiat. sufficit enim dari vt fiat. istud autem edictum bene hoc requirit. Itē si fuerit vna ⁊ punitus fuerit quis ciuiliter non tolluntur alie per quas punitur criminaliter. quia licet ciuilis vel criminalis simul intentari vel agitari non possint. vna tamen finita potest altera inchoari. vt. l. interdum. de publi. iudi. ⁊ C. quando ciuilis actio. l.

6 vnica. ⁊. ī. vi bo. rap. l. pretor. §. j. ⁊ ibi per † Bart. sed si punitus est vna pena criminaliter tollitur altera similiter criminalis. quia non potest quis de vno delicto criminaliter puniri diuersis legibus. ⁊ sic diuersis penis. imo si punitus est vna inducta per vnam legem tollitur altera inducta per alteram legem. qd dic: vt. l. senatus. ī. de accu. Altera gloss. magna que incipit nisi ille. primo limitat istum tex. dum dicit dantem puniri. quia perdit causam per autˀ. sed nouo iure. C. de pe. iudi. qui male iudi. quando sponte hoc confiteretur. postea vero continuat verbū. nam tractari potest cum text. precedenti. vsqꝫ ibi. ⁊ dic casum. Tertio ponit casum in isto versi. nam tractari. Quarto determinat vnum dubiū. Quinto ⁊ vltimo ponit vnam distinctionē pro intellectu tituli. et dic vt in ea. quia non habet puncta mul

7 tum vtilia vel substantialia. ¶ † In tertia parte que incipit in versi. quare dubitatur. primo in. l. hec actio. si tu dedisti vt mihi negotium fiat calumniose. ⁊ ego dedi vt non fiat certum est qd habeo actionem in factum ad repetendum quod ego dedi quadruplicatum. Quid si decedo anteꝙ agam. an transmittam ad heredem ⁊ respondetur quod non. quia sufficere debet heredi ꝙ possit repetere quantitatem quam dedi. nō autem debet agere posse ad plenam. ⁊ h. d. dubitatur in glo. primo qua actione poterit heres repetere quod dedi. an hac actione que oritur ex hoc edicto. quidam dixerunt quod non. sed ꝙ repetet condi. ob tur. cau. vt. ī. l. proxi. §. sed etiā. Alij dicunt ꝙ imo etiā hac actione ⁊ hec vera. qꝛ text. in princ. loquitur de hac actione. ⁊ dicit nō dari eam heredi. scilicet ad penā: ergo dum subijcit ꝙ debet sufficere vt possit repetere quod dedit debet intelligi: scilicet per

8 hanc actionē de qua loquitur princi. † Sed quero secundo que sit ratio ꝙ heredi non datur ad penā. quia dicūt ꝙ continet merā vindictā sicut actio iniuriarū. glo. hoc reprehendit in fi. quia actio iniuriarū. ideo dicitur dari ad vindictā. qꝛ ei qui recipit iniuriaȝ nihil abest nisi iniquitas animi. ⁊ ei qui fecit nihil adest: sed non est ita in casu isto. quia danti abest ⁊ recipiēti adest. Est

9 ergo ratio quia sic legislatori placuit cū sit magna pena. † Sed tertio queritur mihi competit actio etiam pro eo quod tu dedisti non autem tibi. quia versatur turpido ex parte tua. Sed an istam que mihi competit transmitto ad heredem. glos. tenet qd sic etiam ad penam. hoc non placet. nam si illam que mihi datur pro eo quod ego dedi non transmitto ad heredē quo ad penā petēdā. multominus illā que mihi datur pro eo quod tu dedisti: quia illa non datur nisi danti qui videtur contrahere: vel quasi contrahere cū recipiente. sed ego non dedi. et sic mihi non cōpetit. ergo ipsam non trāsmitto: sed nec tibi cōpetit propter tuā turpitudinē: datur ergo ad quadruplū. sed cum non transmitto: nisi quo ad simplū. ⁊ per hoc est expedita glo.

2 ☞ Turpia lucra sunt auferenda non solū ei qui turpiter lucratus est: sed etiā eius heredibus quatenus ad eos peruenit licet sint bonefidei possessores.

1 **In heredem.** ¶ † Secundū dubiū est an hec actio ad penā detˀ contra heredē recipientis. licet non detur heredi dātis et respondetur ꝙ sic per rationem que ponitur

2 in text. et ista. l. semper allegatur † quod turpia lucra sunt auferenda non solum ei qui turpiter lucratus est. sed etiam eius he

redibus.licet sint bonefidei possessores et hoc quatenus ad eos peruenit. Sed in quo differt ista lex a lege precedenti.nam etiā ad heredem transit quatenus defunctus dedit.⁊ sic quatenus sibi adest.si dicamus ergo quod contra heredem datur quatenus sibi abest.non erit differentia inter heredem agentis et heredem conuenti.⁊ tamen iste.ll.videntur facere differentiam vt colligitur. Ex alternatiua autem potest dici quod si occasione eius quod datum fuerit aliquod lucrū defuncto vel heredi peruenit quod forte equiualeat pone ꝙ etiā ad illud lucrū agi possit si est penes heredē.⁊ in hoc erit differentia quod ad heredez dantis non transit vt penam petere possit.sed contra heredem recipientis agi potest etiam ad penam non solum ad quod datum fuit si ex eo aliquod lucrum ad eum vel heredem eius.peruenit als non videretur bona aduersatio.

1 **Sed etiam.** ℭ † Tertium dubiuz est si dedi vt mihi nō fiat.an detur mihi alia actio ꝙ ista ⁊ respondetur ꝙ sic.§.cōdi.ob tur.cau.qꝛ nō fuit turpitudo ex parte mea.sed non sic datur ei qui dedit vt fiat.qꝛ ibi turpitudo versatur ex parte sua:ista tamen conditio non est penalis. ℭ Sed op.ꝙ licet dederiz vt mihi nō fiat nō debebā habere cōdi.ob tur.cau.§.de cōdi.ob tur.cau.l.ij. Sol.ibi nō dedi vt mihi non fiat negotiū per calum.sed dedi vt detur pro me sententia iusta:quia sperabā fouere iustā causam.⁊ tunc non datur:qꝛ videtur voluisse iudicē corrūpere.sed aliud quando do vt pro me feratur:sed non vt contra me iniusta sententia.

2 ℭ Si egi conditione ob tur.cau.ad simplum quod consecutus fui.an tollatur actio ex hoc edicto in totū an autez tollatur in simplum solum et detur ad triplum.
1 **VEnditor ab emptore.** † Vē ditor tenetur defendere emptorem vt in causa euictionis coram iudice ipsius emptoris coram quo lis cepta est nec potest causam trahere ad iudicem suum quem habet ex 2 priuilegio vel de iure communi. h. d. ⁊ semper allegatur. † In tex. ibi cum euictionis nomine defenderet. not. qualiter fiat de nuntiatio: non enim denuntiatur solum quod lis est mota: sed requiritur quod veniat ad defendendum. hoc declara vt dixi in. l. qui absentem. de procuratoribus. ŝ. ¶ In text. ibi priuile- gium habere sui iudicis. idem si allegaret habere proprium iu dicem de iure communi non ex priuilegio quia est eadem ra- 3 tio. ¶ † In text. ibi sequi debere no. ergo ꝙ procurator in rem suam vt est venditor in causa euictionis non habet declinato- riam fori ex propia persona. ex persona vero principalis con- uenti bene posset declinatoriā opponere pro suo interesse etiā post lapsum termini fixum ipsi principali si procurator cōpa- reret post lapsum termini per ea que not. Inno. in. c. capitulū extra de rescrip. in glo. que incipit: sed dicens nomine. aliquā- do autem etiam ex persona propria potest allegare declinato riam vt si erat fiscus. vt not. C. de iure fisci. l. iij. in. ij. lectu. ⁊ ibi etiam per Bar. Item si erat clericus iste venditor vt possit tra here ad curiam episcopi. ita no. gl. singularis. in. c. clericus nul lus. xj. q. j. ⁊ Specu. in titu. de primo ⁊ secundo decreto. §. restat versi. quid si dn̄s. Peremptoriam vero exceptionem bene pōt obiicere procurator in rem suā ex sua persona: vt. l. procurator ad exhibendum. §. j. ĵ. rem ra. ha. ⁊. l. idēqꝫ. §. generaliter. ĵ. mā.

4 † Et adde hic si res euincatur ille idē iudex euictionis coram quo venditor causam defendi poterit cognoscere inter empto- rem ⁊ venditorem in causa euictionis ad interesse vel ad duplū tex. de hoc videtur in. l. minor. in fi. prin. ĵ. de euic. ⁊ quod no. in l. cum eorum. de sen. per Bar. ⁊ Bald. post Ja. but. C. vbi cause fiscales. l. cum vendente. quod est notandum: qꝛ hoc fit in con- 5 sequentiam prime litis: al's non haberet iurisditionē. ¶ † Itē iste tex. facit ad. q. quā Bart. disputauit si ex forma statuti cau- se inter conranguineos debeant compromitti. ⁊ tu consangui- neus meus vēdisti rem meā titio ego autem moui litem titio. tu venis ad defendendū ⁊ petis causam compromitti: quia est consanguineus meus. Ego dico contrarium ꝙ ille titius con- tra quē principaliter lis est mota non est mihi consanguineus nec posset me compellere ad compromittendum: ergo nec tu qui venis procuratorio nomine ad defendendum ipsum: quia ex interuentu procuratoris non debet conditio actoris effici deterior. et iste tex. facit pro ista parte. contrarium tamen vide tur ipse determinare: quia per hoc compromissum non muta- tur forum. dic vt no. per eum in. d. l. procuratori ad exhibendū §. j. ⁊ no. in. l. j. C. vbi in rem actio. vbi ponitur iste casus de quo 6 hic. † Itē an actor cogatur indistincte admittere venditorē ad defendendum causam distingue vt ibi no. per glo. ⁊ Cy. ꝙ aut vult venire animo nouandi ⁊ liberandi emptorem a lite ⁊ non tenetur ipsum admittere: vt. l. si mandato. in fi. prin. in ver. itē si dum negotia. ĵ. man. licet glo. in. l. liberto. §. fi. in glo. que inci pit ad condemnationem ⁊c. dicat contrarium. ŝ. de nego. gest. ⁊ male. ⁊ alia glo. que in contrarium est in. l. non solum. in prin ci. circa fi. mag. gl. ĵ. de procura. si autem non veniat animo no- uandi: tunc licet veniat vt procurator in rem suam ⁊ sic efficia tur conditio actoris deterior: quia potest obiicere exceptiones peremptorias ex sua persona nihilominus tenetur ipsum ad- mittere: vt. l. sed ⁊ si. l. §. pe. ver. quid tamen si is qui vendit. ĵ. de pe. here. nisi persona principalis sit legalior: vt. ŝ. de procu. l. si 7 actor malit. quam tamen declara vt ibi dixi. ¶ † In glos. ij. ibi ⁊ sic forte de rebus venditoris satisfiet sed quomodo hic qꝛ agi- tur de re ipsius actoris. et sic de re propria sibi satisfit. Respon- deo intellige glo. quando vltra restitutionem rei esset condem natus ad aliquid aliud: puta ad expensas vel ad estimationem fructuum. nam tunc interesse recuperat emptor a venditore. ⁊ isto casu locum habet glo. vt pro istis satisfacere tenetur de re- bus venditoris a quo si ipse emptor solueret posset recuperare ⁊ pro ista glo. facit. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ĵ. manda. ibi dum dicit ⁊ substantia debitoris ⁊c. ⁊ quod not. ŝ. de nego. gest. l. diuortio. super verbo possit.

2 ☞ Delegatus postq̄ acceptauit delegationem cogitur pro- nuntiare et si est subditus deleganti cogitur delegationem su- scipere.

1 **Iudices a preside.** ¶ † No. hic ꝙ delega- tio facta ab aliquo iu dice ordinario nō expirat licet expirauerit officium ipsius de legantis ⁊ venerit successor: imo durat in tempore successoris: glo. intelligit hoc verum si res nō erat integra: qꝛ inceperat vti iurisditione anteq̄ ille finiret officium saltem ꝑ citationē: licet qdam requirant litis contest. qđ nō est verū: vt. l. ⁊ qꝛ. ŝ. de iuris 2 di. om. iu. ¶ † No. etiā ꝙ delegatus cogit̃ pronūtiare postq̄ ac- ceptauit delegationē. facit. l. iij. ŝ. de arbi. Ante vero an cogat̃ suscipere delegationē. distingue an erat subditus deleganti an non. vt. l. j. C. qui pro sua iurisdi.

2 ☞ Heres lꝫ possit ꝯueniri in pluribus locis vbi ipse sortitur forum pro legato vel fideicōmisso: semper tn̄ in executione hꝫ exceptionem vt non cōpellatur soluere nisi vbi est maior pars hereditatis. nisi testator mandauerit alibi solui.

3 Quasi contractus aditionis hereditatis censetur celebrari in loco: vbi est maior pars hereditatis: non vbi heres adit he- reditatem.

4 Statutum ꝙ ꝯfectio inuentarij non ꝓsit heredi quominus te- neatur oībus creditoribus insolidum: an sit seruandū quātū ad bona alibi sita ⁊ creditores alibi existentes.

1 **SI fideicommissum.** ¶ † He- res fidei commissum vel legatū in genere vel quantitate cō- sistens non cogitur soluere nisi vbi est maior pars hereditatis: licet alibi fuerit conuentus ⁊ cōdemnatus vel nisi in loco vbi testator voluit expresse vel tacite vel vbi heres ha- bet domicilium vel soluere incohauit vel tacite vel expresse se astrinxerit. h. d. quasi vsqꝫ ad. l. vix videtur ergo hic casus de 2 opi. † Jo. quam gl. reprobat in. l. ꝙ legatum. ŝ. e. ꝙ licet heres possit conueniri in pluribus locis vbi ipse sortitur forum pro legato vel fideicommisso semper tamē in executione habet ex- ceptionem vt non compellatur soluere nisi vbi est maior pars hereditatis nisi testator mandauerit alibi solui: tunc enim nō potest illā exceptionem obiicere. videtur autem hoc voluisse si hoc dixit expresse: vel si ꝑ coniecturas apparet de quibus in. l. sed ⁊ si susceperit. §. j. ⁊. ij. ⁊. §. fi. vel nisi se astrinxerit tacite vel expresse. vt in fi. huius. l. cum. l. seq. in prin. seq. ⁊ miror ꝙ gloss. illam opi. reprobat nisi quia forte minus generaliter fuit locu tus: quia in loco sui domicilij potest conueniri et compelli ad soluendum ⁊ ita intelligatur ver. pe. huius. l. lꝫ alibi sit maior pars hereditatis: vt patet hic post principium ibi vt ibi petat̃ quod expone. i. peti possit: nam et alibi potest peti vbi heres 3 sortitur forum. ¶ † Et sic no. ꝙ quasi contractus aditionis he reditatis censetur celebrari in loco vbi est maior pars heredita tis non vbi heres adit hereditatem: quia ille locus nō videtur inspiciendus: vt. ŝ. eo. l. de eo. ⁊ ista est ratio illius. l. Et per hoc 4 videtur determinari questio quam vidi de facto † cum floren- tie sit statutū ꝙ confectio inuentarij non prosit heredi quomi- nus teneatur omnibus creditoribus insolidum. Et quidam habens bona florentie et alibi reliquit aliquem heredem qui adiuit: queritur an statutum predictum sit seruandum q̄tum ab bona alibi sita ⁊ creditores alibi existentes. ⁊ videtur distin- guendum an maior pars bonorum esset florentie ⁊ tunc sit ser uandum illud statutum quasi ibi videatur facta aditio licet ali bi facta sit aut non: et tunc secus. ¶ In tex. ibi ab aliquo peta- tur subaudi in loco vbi non est maior pars hereditatis sorti- tur tamen heres ibi forum: et subaudi quod fuit cōdemnatus et cum peteretur executio dicebat alibi esse maiorem partem hereditatis et non posset alibi q̄ ibi compelli ad soluendum. ¶ In text. ibi vt ibi petatur. s. cum effectu: ⁊ sic petatur. id est exigatur. nam ibi non alibi regulariter hoc fieri potest. sed sim plex petitio ⁊ condemnatio bene potest alibi fieri. vt in prin. l. ¶ In tex. ibi nisi probetur voluisse. subaudi expresse vel tacite

quod vltimum

quod vltimũ probatur per coniecturas prouenientes vel ex genere comparationis. vt. j. eo. l. sed ⁊ si susceperit. §. j. vel ex qualitate personarum quibus legatur: vt in. §. sed si pponas. vel quia legatum consistit in certa specie alibi sita. nam censeť velle ꝙ ibi tradatur: vt in. §. si ea res.

2 ☞ Es alienum non sequitur fundum: sed totum patrimoniũ concernit.

3 Creditores qui cum mercatore puta florentino tenente ibi tabulam occasione tabule contraxerunt preferuntur alijs creditoribus in illis bonis. ⁊ quando possint petere sibi solui de bonis alibi sitis. ⁊ nu. 2.

4 Onus soluendi de fructibus bonorum certi loci si illi non sufficiunt: non debet solui de fructibus bonorum alterius loci. et si fructus vnius anni illius loci non sufficerẽt expectantur fructus sequentium annorum.

5 Quando tale onus dicatur concernere redditus dũtaxat certi loci. ⁊ quando non.

1 **Tractatum est.** ¶ † Pone hic casum ꝙ heres conueniebatur in alio loco vbi erat certa pars bonorum hereditariorũ que non deducto ere alieno faciebat maiorem partem hereditatis. sed deducto ere alieno ibi contracto faciebat maiorem partem queritur an ibi cogatur soluere. ⁊ certe sic: qr illud es alienum non cõcernit illam tantum partem bonorum licet ibi sit contractus. sed concernit bona vbicũqꝫ sita ⁊ totum patrimonium diminuit. vnde facta diminutione ꝓ rata remanet adhuc ibi maior pars hereditatis. hoc tamen verum nisi illud patrimonium ibi existens fuerit deputatum certo oneri ibi soluendo quod de alijs bonis soluendum non erat de quo ponit exemplũ: quia tunc 2 illud onus diminuit solum patrimonium illius loci. ¶ † Not. ergo ⁊ semper allegatur ꝙ es alienum non sequitur fundum sed totum patrimonium cõcernit. si ergo aliquis mercator florentinus alibi tenens tabulam cõtrahat ibi debita creditores qui ibi contraxerunt si non sufficiunt bona ibi sita possunt ire florentiam ⁊ petere sibi solui de bonis sitis florentie aduertentum tamen ꝙ si contraxerunt occasione tabule. primo debet inspici an bona ibi sita sufficiant: ⁊ nisi in defectum illorum non 3 debet florentiam accedere. † et in illis bonis preferuntur alijs creditoribus qui non contraxerunt illa cõtemplatione: vt hec probantur in. l. procuratoris. §. si plures. j. de tribu. ⁊ de testa. 4 mili. si certarum. in fi. prin. ¶ † No. in ver. quid tamen. ꝙ onus soluendũ de fructibus bonorum certi loci si illi non sufficiunt non debet solui de fructibus bonorum alterius loci: si tamen fructus vnius anni illius loci non sufficerent expectantur fructus sequentiũ annorũ: vt. l. ex eo. j. de vino triti. ⁊ oleo lega. et 5 plene no. in. l. inter stipulantem. §. sacrã. j. de ver. obl. tuuc † aut dicitur onus concernens redditus dumtaxat certi loci quando iniungitur specifice illis redditibus: puta de redditibus vel fructibus talium bonorum debeat quid tale solui annuatim. Si aũt in diuersis orationibus relinqueretur alicui tota quãtitas annua ⁊ postea in alia oratione assignantur loci vñ commodius posset fieri solutio tũc deficientibus redditibus illius loci recurrereť ad redditus aliorum locorum. casus est notabilis in. l. quidam testamento. j. de leg. j. inspicias ergo diligẽter qualiter onus iniungitur redditibus certi loci: an in vna oratione an in diuersis. facit. l. si quis seruum. §. ij. j. de lega. ij. not. istum. §. ¶ In glo. que incipit. i. hoc casu ibi cum rome habeat domicilium. dic ista glo. non bene loquitur: quia licet rome sortiatur forum ratione communis patrie vt ibi possit conueniri si ibi reperiatur non tamen sequitur ꝙ ibi habebat domicilium si non habet ibi maiorem partem fortunarum suarum. ⁊ ideo expositio glo. nõ est bona: qr hic non opponitur exceptio ad cõuentionẽ sed ad solutionẽ. sed vt ibi non cõpellatur soluere lꝫ ibi sit cõuentus ⁊ cõdẽnatus nisi patrimoniũ ibi existens sit deputatum certo oneri ibi soluendo quo deducto non sit ibi maior pars hereditatis.

1 **Sed ⁊ rescriptum est.** ¶ † No. hic ꝙ in debitis ꝯtractis occasione vltime volũtatis inspicitur domiciliũ heredis. vnde pro debitis hereditarijs non solum potest heres cõueniri vbi defunctus poterat: vt. s̃. eo. l. heres absens. in prin. sed etiã vbi heres ex sua persona sortitur forum ⁊ sic additur forus foro. et glo. volunt ꝙ in loco domicilij heredis compellatur heres soluere fideicommissum vel legatuꝫ in genere consistens: licet ibi non sit maior pars hereditatis: vt hic no. in glo. ⁊ in. l. quod legatum. s̃. eo. sed Jo. voluit contrariũ vnde põt saluari ꝙ opi. Jo. habeat locũ q̃tuꝫ ad alia loca vbi heres sortitur forũ aliter q̃ rõne domicilij vt lꝫ in illis possit cõueniri ⁊ ꝯdenari non tñ cogatur soluere si alibi est maior pars hereditatis sꝫ in loco domicilij sic. iste tñ tex. nõ vrget: qr hic nõ dicit ꝙ cogatur soluere sed bene potest hic peti. ⁊ forte opi. Jo. verior est.

1 ☞ Heres conuentus in vno loco vbi põt forum declinare si soluit vni qñ cogatur etiam soluere alijs.

2 Si in illo loco sortiretur forum non tñ ibi erat maior pars hereditatis in aliquibus casibus de quibus hic ꝙ nõ possit obijcere exceptionem ꝙ alibi sit maior pars hereditatis. seu videatur ei renuutiasse et quid in peremptorijs except. quid si nullo modo sortiatur ibi forũ. ⁊ nu. 1.

3 Testator si dicat relinquo tales fideicõmissarios ĩ oĩbus alijs bonis precedentibus ⁊ fideicõmissis illi non erunt simplices executores sed erunt heredes.

1 **Quoties autem.** ¶ † Heres. ponũť aliqui casus in q̃bus heres non põt obijcere exceptioneꝫ ꝙ alibi sit maior pars hereditatis vt cõpellať ad soluendũ fideicõmissum vel legatum. Primus est qñ alibi incepit soluere intellige alibi. s. vbi sortiatur forũ alia ratione puta cõis patrie originis proprie vel paterne ⁊ ibi reperitur. nam ex hoc fortificatur forus illius loci vt nõ possit declinari q̃tũ ad sol. ⁊ ꝙ si soluit vni ibidẽ teneať etiã alijs soluere qõ est mirabile arg. in auť. de here. ⁊ fal. §. si qs aũt non implens. ꝫm Cyn. ⁊ Bal. ⁊. C. ad. l. fal. auť. sed cũ testator. facit. l. cũ quidam. C. de non nu. pecu. sed si in loco illo nullo modo sortiretur forum ꝑpter solutionem factã vni vel de vno legato nõ inciperet sortiri forũ quo ad alia vel alios: qr iste non est de modis aptis ad sortiendum forum cũ non sit de noĩatis hic ꝑ gl. in. l. heres absens. §. j. s̃. eo. ⁊ ita intelligebat Bal. Scõs casus est qñ ꝯsensisset expresse alibi soluere q̃ vbi est maior pars hereditatis. qõ intellige modo predicto. s. alibi vbi sortitur forũ: al's expressa ꝯuentio extraiudicialis non faceret ipsum sortiri forũ nisi ꝓmisisset expresse ibi soluere: vt. l. si cõuenerit. s̃. de iu 2 risdi. om. ind. iuncta. l. eum q. §. j. de consti. pe. † Tertius casus est qñ esset cõuentus id alio loco vbi sortireť forũ nõ tñ ibi erat maior pars hereditatis et in libello petebať ipsum condẽnari ⁊ cõpelli ad ibi soluendum. ⁊ ipse nõ opposuit exceptionẽ istaꝫ ꝙ ibi nõ erat maior pars hereditatis sed oppositis alijs exceptionibus iudiciũ suscepit. nam videtur illi renũtiasse: vt. l. sꝫ ⁊ si susceperit. in princi. per quam Bar. alibi tenuit ꝙ qui alijs exceptionibus oppositis omisit opponere exceptionẽ de incõpetentia iudicis censetur prorogasse iurisditionem licet lis nõ sit cõtestata. ⁊ sic ꝫm hoc cõtestatio nõ est necessaria lꝫ glo. dicat contrarium: vt ipse plene not. in. l. quidam cõsulebat. j. de re iudi. iste tamen tex. non multũ facit pro ea: quia necessario debet intelligi quando cõueniebatur in loco vbi sortiebatur forum: ⁊ sic non habebat exceptionem incõpetentie q̃tum ad conuentionem lꝫ haberet exceptionem q̃tum ad executionem sententie vt nõ compellatur ibi soluere. sed cum ista non tangit iurisditionẽ non fit hic prorogatio iurisditionis: quia non poterat istũ forum declinare q̃tum ad conuentionẽ. An aũt sit verũ id qõ Bar. dicit est distinguendũ an fecit aliquem actum ex necessitate: vt qr satisdedit de iudicio sisti vel ꝑtinentẽ ad preparationem iudicij ⁊ ad liberandum: vt qr petit copiã libelli cũ termine ad opponendũ non opposita exceptione competentie: ⁊ tũc non videtur prorogare. vt. s̃. eo. l. non videtur in iudicem. Aut fecit actum ex voluntate ⁊ non pertinentẽ ad deliberationem. ⁊ tunc dictum Bar. vt no. Inno. in. c. inter monasteriuꝫ. extra de reg. iur. ⁊ per eundem in. l. si conuenerit. s̃. de iuris. om. iudi. ⁊ ptꝫ in auť. offeratur. C. de lit. contest. ⁊ qõ no. in Spec. de reo. §. j. ver. quid si is qui hꝫ. Si aũt simpliciter peteretur heredeꝫ condemnari ad soluendũ ⁊ nõ diceretur in libello ibidem non video ꝙ iste tex. debeat habere locum: qr ista exceptio ꝙ alibi sit maior pars hereditatis nõ concernit obligationem vel modum agendi sed concernit executionem. ⁊ ideo lꝫ prius nõ fuerit opposita posset apponi in executione: quia non contrariať sententie: vt. l. ex diuerso. §. fi. j. solu. ma. ⁊. l. nesennius. in fi. j. de regu. iur. Et ita limito ⁊ intelligo istum tex. licet docto. male et pessime declarent intentionẽ istorum tex. Nam videntur intelligere hic de exceptione declinatoria fori. sed intelligẽdo vt dixi non est talis. Posset etiam intelligi ꝙ conueniebatur heres in loco vbi nullo modo sortiebatur forum non erat ibi maior pars hereditatis: et tunc bene faceret pro opi. Bar. quia illa exceptio posset opponi ad iurisditionem ꝙ iudex illius loci esset incõpetẽs. ⁊ ita puto ipsum intellexisse. In peremptorijs etiaꝫ exceptionibus non habet locum quod hic dicitur: quia si postponatur ordo nõ propterea fit preiudicium parti vt no. in. l. ꝓ 3 pter litẽ. j. de excu. tu. per gl. ¶ † Ultimo no. vnã gl. in. l. q̃uis dũ exponit tex. q dicit fideicõmissarij. i. heredes qõ fideicõ. rogati. ꝙ si testator dicat relinquo tales fideicõmissarios in oĩb⁹ alijs bonis precedẽtibus legatis ⁊ fideicõmissis. illi non erunt simplices executores sed erunt heredes. facit quod habeť. C. fa. mi. her. l. quoties. per glo. ꝫm Bal.

2 Testator habens bona alibi si legat alicui tot starios frumenti ad mensurã paduanã heres ɔpellitur padue soluere volente legatario lʒ alibi sit maior pars hereditatis.

3 Si legat alicui ecclesie paduane vel doctori paduano id legatũ dʒ solui padue lʒ alibi sit maior pars hereditatis dummodo padue sit sufficiens patrimonium ad hoc soluendum.

4 Legatum quando consistit in spẽ certa existente in alio loco ꝗ̃ vbi est maior pars hereditatis. videtur testator voluisse ꝙ ibi soluatur vbi est.

5 Heres põt compelli in alio loco ꝗ̃ vbi est maior pars hereditatis ad cautionem de soluendo legato adueniente die vel conditione non autem ad solutionem.

6 Si mãdo heredi meo ꝙ emat tibi aliquã rẽ videor velle de suo vel de bonis hereditarijs: non de pecunia tua.

7 Si mando heredi vt emat tesseras frumentarias debet intelligi. i. frumentũ tot mensurarũ. non solũ ipsas mensuras.

8 Quantitas modica vel magna dicitur inspecta qualitate persone non suspecta quantitate.

Sed si susceperit.

Si libertis suis.

1 ¶ †In hoc eniʒ §. cuʒ duobus sequentibus ponuntur alij tres vel quatuor casus in quibus heres compellitur soluere in loco vbi non est maior pars hereditatis non ꝓpter suum sensum tacitum ⁊ expressum. sed ꝓpter tacitam voluntatem defuncti que resultat vel presumitur istis

2 casibus. ¶ †Et ex isto primo no. ꝙ si testator alibi habens bona legat alicui tot starios frumenti ad mensuram paduanam ꝙ heres compellitur soluere padue volente legatario: licet ali

3 bi sit maior pars hereditatis. ¶ †Ex. §. seq. no. ꝙ si legatur alicui ecclesie paduane vel doctori paduano id legatum debet solui padue licet ibi alibi sit maior pars hereditatis. dummodo padue sit sufficiens patrimonium ad hoc soluendum. hoc casu quia deus representatur in ecclesia est nobilissimus. vnde etiã docto. appellantur nobiles. vnde alibi Papinianus appellatur nobilissimus. et quando ista duo concurrunt scilicet nobilitas legatarij existentis in certo loco. ⁊ ꝙ ibi sit patrimonium sufficiens. licet ibi non sit maior pars hereditatis est tamen ibi

4 soluendum: vt est casus hic notabilis. ¶ †Alij duo casus ponuntur in. §. si ea. quando legatum consistit in specie certa existente in alio loco ꝗ̃ vbi est maior pars hereditatis: quia testator videtur voluisse ꝙ ibi soluatur vbi est: vt. s̃. eodem. l. quod legatum. in princip. et de hoc ibi dixi ꝙ etiam potest peti actione personali per. l. fideicommissum. post princip. ibi nisi probetur: q2 ibi testator vult solui ibi etiaʒ potest peti. quod ibi patet sicut in loco vbi contrahentes conferunt solutionem: licet illa l. quod legatum. videatur innuere contrarium ꝙ demum possit peti ibidem actione reali et in fin. non personali. sed Guil. de cu. tenet quod dixi. vel distingue vt ibi dixi. et illud puto ve

5 rius. ¶ †Ultimus casus quando non petitur solutio legati: ʒ petitur cautio de soluendo legato adueniente die vel conditione. nam ad istam est compellendus heres etiam in loco vbi nõ est maior pars hereditatis: quia cessat ratio cum non incommodetur ex solutione. Et ita ibi potest commode cauere sicut alibi. Et vide omnino Guil. de cug. in. l. j. C. vbi fideicõmis. pe

6 ta. ¶ †Et in isto primo. §. nota. ſm Ange. quod si mando heredi meo quod emat tibi aliquam rem videor velle de suo vel de bonis hereditarijs non de pecunia tua quasi non solum grauamen facti videar sibi iniunxisse imo grauamen iuris. casus

7 est hic. ¶ †Item quod si mando vt emat tesseras frumẽtarias debet intelligi: id est frumentum tot mensurarum non solum

8 ipsas mensuras ſm vnum intellectum gloss. ¶ †Item no. §. quod si proponas. tex. cum gloss. ꝙ modica quantitas vel magna dicitur inspecta qualitate persone non inspecta quantitate. Unde respectu vnius pauperis vna quantitas potest dici maxima ⁊ respectu vnius diuitis eadem quantitas potest dici parua vel minima. et ad hoc semper allegatur. et glos. hic facit mentionem de comitissa Malthida que habuit magnum dominium et in italia multas terras: quia fuit filia cuiusdam regis italie. ⁊ fuit anno domini. M. lxiij. et fuit adeo potentissima quod etiam contra imperatorem bellum durissimum habuit et fuit valde deuota ⁊ multa monasteria fundauit in italia et multas terras donauit ecclesie romane. et de hac etiam per Cyn. C. de arbi. l. fi.

2 In casibus in quibus monachus potest in iudicio consistere cum abbate. abbas ministrat expensas monacho: sic dominus seruo.

3 Quod vix fit. tñ fit. ⁊ quid significet ista dictio vix.

4 Qui gesserũt aliena negotia possunt petere calculationẽ ⁊ reuisionem rationis vt absoluantur ab administratione.

Ex certis.

1 ¶ †Seruus dominum non potest in ius vocare nisi in casibus hic expressis. hoc dicit quorum quidam concernunt publicam vtilitatem qui ponuntur in vers. sicu. item altioris vsqꝫ ad ver. propterea. ⁊ quidam concernũt libertatem ab illo ver. vsqꝫ in finem. ⁊ etiam in primo exemplo in quibus collige hanc regulam ꝙ vbicũqꝫ dominus tenetur dare libertatem. quod potest contingere multis modis de quibus hic seruus potest implorare iudicis officium vt compella

2 tur dare. †quid in monacho an in casibus de quibus hic possit in iudicio consistere cum abbate. vide in Spec. de statu mona. §. j. versic. xxvi. Et per archidia. xj. qõ. c. de persona. et per Innocen. extra de priuil. c. cum olim. Et in istis casibus dominus ministrat expensas seruo ⁊ abbas monacho: vt. l. fin. C. de ordi.

3 cogni. ¶ †In tex. ibi vix. id est cum difficultate. et sic no. quod vix fit tamen fit: vt in. c. per centesimum extra de cog. spiritua. Aliquando exponitur vix. id est nullo modo. j̃. de leg. iij. l. si in re. versi. sed vix. de hoc verbo etiam habetur eo. titu. l. qui filiũ

4 post prin. et in. c. in nostra. extra de procura. ¶ †In tex. ibi rationibus discutiendis recte petit. quod no. pro illis qui gesserunt aliena negotia vt possint petere calculationem et reuisionem rationis vt sic absoluantur ab administratione ⁊ ne semper stent in suspenso ⁊ post mortem heredes eorum molestentur de mala administratione ⁊ illud frequenter contingit ⁊ est sanum consilium.

2 Una causa dicitur maior altera quando se inuicem contingunt: ⁊ vna est preiudicialis ad alteram vt qñ est vniuersalis vt petitio hereditatis alia particularis vt petitio certe pecunie tanꝗ̃ ab herede vel de hereditate.

3 Uel quando vna est causa status alia vero est pecuniaria vel criminalis.

4 Uel qñ vna est de re principali vt de dñio fundi: alia de accessionibus vt de fructibus vel de seruitute debita fundo.

5 Causa criminalis de vna re est maior ⁊ maioris preiudicij ꝗ̃ ciuilis in altera.

6 Ratione ordinis potest esse vna causa maior. altera vt in petitorio ⁊ possessorio.

7 Quod in alia materia aliquid potest dici maius: altero de tribus modis remis.

Per minorem causam.

1 †In minori causa supersedetur quousqꝫ cognitum fuerit de

2 maiori ⁊ etiam fuerit terminatũ. h. d. †Qualiter autem causa dicatur maior altera gloss. hic ponit plura exempla que omnia finaliter tendunt ad hoc quando due cause se inuicem contingunt ⁊ vna est preiudicialis ad alteraʒ quod potest contingere altero de tribus modis. Primo quãdo vna est vniuersalis vt petitio hereditatis. alia particularis vt petitio certe pecunie tanꝗ̃ ab herede vel tanꝗ̃ de hereditate ⁊ tunc vniuersalis dicitur maior ratione autoritatis: quia fuit introducta a senatoribus qui erant cẽtum numero ⁊ quorum magna erat autoritas: vt. l. fi. C. de peti. heredi. ⁊ ideo quousqꝫ speratur illam moueri siue iam mota sit: debet supersederi in questionibus particularibus siue vertantur inter eosdeʒ de hereditate ɔtẽdẽtes: vt. s̃. de arbi. l. nõ distinguemus. §. si is siue interuenit et ex eis ⁊ alios extraneos: vt. l. si quis pauptatis. j̃. de pe. here. et in. d. l. fi. C. eo. ⁊ hoc ne per particularẽ questionem fiat preiudiciũ aliquale petitioni hereditatis: q2 si ꝓnũtiaret te mihi teneri tanꝗ̃ heredi titij videret declaratũ me esse heredẽ titij. et sic fieret preiudiciũ illi q mouit mihi questionem vel sperat mihi mouere petitionẽ hereditatis asserẽdo se heredem. supsedet ergo in illa q̃ facit preiudiciũ ⁊ ꝓcedetur in illa cui posset preiudi

3 ciuʒ fieri. †Scdõ põt cõtingere qñ vna est causa status: alia vo est pecuniaria vel criminalis: vt si assero te seruũ meũ ⁊ tu me accusas vel agis ɔ me. nam prima causa status dicit maior in preiudicialibus ad tuas: q2 tu es seruus meus nõ potes mihi mouere aliquã q̃stionẽ ciuilẽ vel criminalẽ regulariter: vt pʒ s̃. l. proxi. a ɔrio sensu. Isto ergo casu postꝗ̃ mota est cã status ⁊ supsedet in alia cui fit preiudiciũ p sniam latã in causa status ⁊ sic ecõtra ad precedentes in qua supsedet in illa q̃ preiudiciuʒ facit ⁊ hic in illa cui fit preiudicium: vocat etiaʒ cã status preiudicialis ꝓpter magnũ preiudiciuʒ quod fit ei cui mouet: quia questio status reputat q̃stio vite ⁊ mortis cum duplex sit vita scʒ naturalis ⁊ ciuilis: que consistit in statu hoĩs ⁊ status consistit in libertate ⁊ ciuitate. Et predicta probantur in. l. qm̃. C. de

4 adul. ⁊. l. ordinata. de libe. cau. †Tertio modo dr̃ preiudicialis vna ad alterã qñ vna est de re principali vt de dñio fundi altera de accessionibus de fructibus vel seruitute debita fundo. nam prima reputatur maior ⁊ ideo quousqꝫ illa pendet si primo inchoata est non potest moueri scda per eundem actorẽ: q2 prima sic se hʒ

sic se hʒ ꝙ absolutoria in ea lata facit preiudiciũ in scđa. sed si primo mouetᷣ scđa que est minor nõ prohibetur postea moueri prima que est maior. imo potest moueri ⁊ supsedebitᷣ in secũda mota tanꝙ in minori: vt hec habentᷣ in.l.fundi.⁊.l. fundũ: et in l.sed si ante.ĵ.de excepti. vbi oĩno vide Barto. qui allegat hanc
5 gl.ad oẽs predictos casus. † Potest etiã esse vna maior altera lʒ ibi se inuicẽ contingãt vt cã criminalis de vna re ⁊ ciuilis de altera. nã criminalis est maior qꝛ maioris preiudicij. ⁊ ita loqᷓ-
6 tur.l.fi.C.de ordi.iudi. ⁊ vltimum exemplũ positũ in glo. † Itẽ ratione ordinis vna põt esse maior altera: vt in casu.l.si debitũ C.de here.act. ⁊ in petitorio ⁊ possessorio: vt. s̃.eo.l.si de vi. cuʒ
7 ibi no. † Et adde vltimo ꝙ in alia materia aliqd põt dici maius altero de tribus modis quod dic vt no.xxx.q.v.c.ecce. ⁊ ad de quod no. ⁊ dixi.s̃.eo.l.qui prior.

2 ☞ Iudex ordinarius si ꝯpleto numero citationuʒ ad sñiam audiendã delegauit ⁊ cõmisit prelationẽ sententie alteri an ille possit eam ferre alia citatione non facta.

3 Nouus iudex an det nouã dilationeʒ: ⁊ an nouo litigatori detᷣ noua dilatio.

4 Si cõpleto numero citationũ iudex ꝓnuntiauit citatum forte contumacẽ: an postea possit ferre sñiam quãdocũqꝫ sibi placet an solum vltima die dilationis.

Dictũ quod ab ãtecesso.

1 † Si numerꝰ citationũ nõ erat ꝯpletꝰ ab antecessore ꝯpletᷣ a successore: ⁊ vlterior dilatio nõ datur. sed si erat completus tunc a successore datur noua dilatio licet precessor dare teneretᷣ. h.d. nota. qđ intellige nisi precessor cõpleto numero citationũ ꝓnuntiasset citatum esse contumacem vel posuisset ipsum in banno ex forma statuti: quia tunc esset acqsitum ius alteri parti vt virtute illarũ citationum ⁊ dicte ꝓnuntiationis posset ad sñiam ꝓcedi. nõ ergo reqritᷣ hic noua citatio: imo ẜm ꝙ tenebatᷣ precessor.s.dare sñiam virtute predictorũ duorũ tenebitᷣ etiã successor facere. vt.ĵ.e.l.mortuo. ẜm doc.
2 ¶ † Et ex predictis determinatᷣ.q.si iudex ordinarius completo numero citatiouũ ad sñiam audiendã delegauit ⁊ cõmisit ꝓlationẽ sñie cuidã vtrũ ille possit eam ferre alia citatione nõ facta. An aũt teneatur citare ad dicendũ ꝯ cõmissionem ⁊ postea ad sñiam audiendã. quã.q. vidi de facto in quodaʒ cõmissario qui sñiam tulit nec apparebat de aliqua citatione facta per eũ cui fuerat commissa ꝓlatio sñie ⁊ eam ponit Spe.in titu.de cita.§.fi.ver.item queritur ecce. ⁊ videtur terminari ꝙ non teneatur citationẽ facere per.l.motuo.ĵ.eo. Io.and.ibidem in addi. videtur tenere ꝯtrium per hanc.l.sed potest distingui: vt.s̃. dixi Aut delegans ꝓnuntiauit ipsum cõtumacem vel non. ⁊ adde qđ no. Inno.in.c.dudũ.extra de elec.in glo.pe. ⁊ Archi.v.q.iij.
3 si egrotãs. ⁊.xxiiij.q.iij.de illicita. † Itẽ adde ꝙ sicut nouus iudex nouã dat dilationem vt hic ita et nouo litigatori.i. heredi vni ex litigantibus noua datur dilatio: lʒ in personam defuncti numerus citationum esset ꝯpletus. vt.s̃.de ferijs.l.oratione C.si pendẽ.appel.mors interue.l.fi. Ista.l.tñ loquitur de dilatione expectatoria. sed illa in probatione probatoria. ⁊ Barto. videtur velle ꝙ nouus iudex sicut potest dare nouam dilationem expectatoriam vt hic. ita ⁊ probatoriam quod non placet qꝛ per lapsum primarũ dilationũ iam erat quesitũ ius parti vt noua dilatio probatoria esset danda nisi ex causa iusti impedimenti quod fuisset in primis: vt.l.fi.s̃.de fer. quod ius non potest iudex auferre: vt in.c.indultum.de re iudica.lib.vj. ⁊.s̃.de fe.l.j.§.j. ⁊ etiã.s̃.dixi. Sed non sic queritur ius per lapsuʒ expectatoriarum dilationũ vt ptʒ in.l. ⁊ post edictũ.ĵ.eo. vbi post completum numerum edictorum adhuc iudex potest ex super abundanti inuita parte aliud edictũ mittere. ⁊ in.c. consuluit. extra de offi.deleg. nisi postꝙ pronuntiasset partem fore cõtumacem vel ipsam posuerit in banno ⁊ pronuntiatio transisset in rem iudicatã. ¶ In text. ibi: in numero trium edictorum.i. citationum que olim fiebant per edicta que ponebantur in albo pretoris vel loco publico ⁊ erat necessarius numerus triuʒ edictorum vt perueniretur ad sententiam diffinitiuam ad quã debet peremptorie citari. et peremptorium dicitur precedentibus tribus edictis: vt.ĵ.eo.l.ad peremptoriũ. ⁊.C. quomodo et quando iu.l.tres denuntiones. ¶ In tex. ibi numerari debet subaudi ⁊ compelli debet a successore numerus qui non fuerat completus ab antecessore cõputato illo nec vlterior citatio vel edictuʒ debet fieri a successore. secus si ab antecessore fuerat cõ
4 completus vt sequitur. ¶ † Sed quero hic iuxta ea que.s̃.dixi si completo numero iudex pronuntiauit citatum fore contumacem vtrum postea possit ferre sententiam quandocumqꝫ sibi placet illo vlterius non citato. videtur ꝙ non sed ꝙ debuit eam ferre vltima die citationis: alᷓs non valeat si illa die qua dixit se laturum sententiam ⁊ ad quam audiendam citauit eã non tulit: vt.l.cum non eodem die. C.quando prouoc.non est necesse. vbi videtur casus. contrarium ibi determinat Bald. ⁊ etiam consuluit quod dic vt ibi plene per eum. et si ferret eam die sequenti non esset in dubio: vt in.d.c. consuluit. sed quando eam ferret ex interuallo est maius dubium per.d.c. consuluit a contrario sensu. ⁊ istam questionem habui de facto et cõsului ẜm opi. Bald. qui mouetur pulchris rationibus. ⁊ ad oppositionem respondet.

2 ☞ Sñia lata contra procuratorem falsum potest ratificari a domino in sui preiudicium ⁊ videtur eam approbare appellãdo ab eã. ⁊ si fuit lata pro ipso procuratore an dñs possit eaʒ ratificare in sui fauorem.

3 Ratificatio facta ex post facto in quibus casibus nihil operatᷣ.

4 Si aliquis tanꝙ delegatus cũ non esset cognouit de causa qđ non possit superior ad quẽ pertinet delegatio ratificare ꝓcessum ⁊ facere ipsum validum.

Icet verum pro.

1 ¶ † Iudicium agitatũ cũ falso ꝓcuratore potest per dominuʒ ratificari. h.d. ¶ In tex. ibi verissimũ est.q.d. ⁊ non falsum procuratoreʒ ⁊ sic videbatur ꝙ si falsus procurator meo nomine litẽ tibi mouit ⁊ post litem contest. ego ratum habui ⁊ postea contra ipsuʒ lata fuerit sñia ꝙ mihi non noceat in iure meo vel in actione mea: qꝛ inspecto principio cum non habeat mandatũ actioneʒ meam et ius meum in iudicium non deduxit ergo nouo iudicio opus est: vt.s̃.eo.l.non potest videri. sed contrarium est: qꝛ licet reuera nõ deduxerit in iudicio secuta tamẽ ratihabitione que mandato comparatur ⁊ retro fingitur similiter ⁊ ius meũ fingitur retro in iudicium deductum loquitur ergo ista.l. quã-
2 do ratificatio fuit facta lite pendente. † idem si lite finita ⁊ lata sententia contra procuratorem meum. possum enim eam approbare in mei preiudicium. et videor approbare appellando ab ea non dico ꝙtum ad eius tenorem: quia qui appellat tenorem sententie approbat sed quantum ad factum procuratoris quod videor habere ratum in.l.iij.§.fi.ĵ.rem ra.habe. ¶ Quid autem si fuit lata pro ipso procuratore an possim ipsam ratificare in mei fauorem. Pet. tenuit quod non. C.in qui.cau.in integ.restitu.non est neces.l.si tutor. vt ibi nota. per Cyn. sed glo. ordina. tenet contrarium in.l.si mater.§.hoc iure.ĵ.de except. rei iudi. ⁊ illam tenet Bart. Bald. autem ⁊ Ange. hoc limitant notabiliter si lata est contra presentem. si autem lata est contra absentem et citatum ad instantiam falsi procuratoris. tunc qꝛ citatio non arctauit citatum quod patet: quia si comparuisset non tenebatur cum eo in iudicio sistere nisi probare mandatuʒ vt.s̃.eodem.l.iij. talis sententia non valet tanꝙ lata contra nõ citatum. Tu dic hoc verum quando nunꝙ comparuisset in iudicio: ⁊ sic non esset ligitimata persona procuratoris. si vero cõparuit ⁊ persona procuratoris fuit legitimata per lit.contesta. vel per pronuntiationem iudicis tũc tenebatur ad eius instãtiam ⁊ in illa lite comparere quousqꝫ probaret illum non esse procuratorem. vt.l.inter quos.§.alieno.ĵ.de dam.infec. ⁊ iudicium esset validum quãtum ad personam ꝓcuratoris: lʒ non quo ad preiudicium domini vel eius vtilitatem si non ratificaret. secuta ergo ratificatione extenditur ad vtilitatem domini postꝙ actus non erat ipso iure nullus. quia ratificatio inuenit aliquid in quo operetur. secus si non inneniret: vt dicam super glo. et istam limitationem ad dictum Bald. et Ange. not. quia ipsi non preponderant ⁊ nimis generaliter fuerunt locu-
3 ti. † Limita autem hanc.l. quia habet locũ preterꝙ in iudicio agitato coram principe per falsum procuratorem: qꝛ non põt ratificari per ea que no. Innocen.in.c.ex parte decani.extra de rescript. Et nisi iudex pronuntiasset illum procuratorem non esse sufficientem vel eius mandatum non esse legitimum vt nota. Bald.in autᷓ.ei qui.C.de temp.ap. dubito tamen an dictum suum sit verum: quia ista pronuntiatio non nocet domino. vt dixi.s̃.eod.non idcirco.§.fi.quominus possit ratificare. Item limita nisi dñs semel reprobauerit factũ falsi procuratoris: vt l.dispensatorẽ.ĵ.de solu.in fi. ⁊ adde qđ no. Bald.in.l.falsus.C. de fur. Item vbi requiritur iussus nõ habet locũ ratificatio: qꝛ iussus dʒ precedere. vt.l.si quis mihi bona.§.iussum.de acqui. here. Nec etiam vbi cõsensus requiritur ꝓ forma vt si ex forma statuti minor non potest agere sine cõsensu consanguineorꝫ nõ enim potuerunt ratificare ex postfacto: qꝛ actus nõ fuit celebratus eorum nomine. ⁊ de hoc vide per Bal.in.l.j.ante fin. C.qui admit.ad bo.pos. ¶ In glo. ibi qui poterat esse procurator dic idem dico si non poterat tñ poterat in iudicio consistere per se vt miles vel mulier: qꝛ per lit.conte. legitimatᷣ eorũ persona ⁊ a dño dicuntᷣ ꝓcuratores: vt.l.ita demũ.C.de procu. secus quando non poterat esse in iudicio nec pro se nec pro alio vt seruus vel pupillus vt sequitur in gl. quare tunc dñs nõ potest ratifi-

care. ratio est: q2 illud iudiciū est ipso iure nullū etiam quo ad ipsum pupillū vel seruū postq̄ in iudicio esse nō possunt: vt. s. eo. l. non idcirco. §. fin. ergo non potest ratificare: q2 ratificatio nō reperit aliquid in quo possit operari. nō sic qñ poterat esse in iudicio saltē per se: q2 tunc tenet iudiciū saltem in eorum pre iudiciū. vnde ratificcatio reperit aliquid ratificabile. ⁊ ista fue-
4 runt verba Inno. in. c. prudentiā. extra de offi. dele. ¶ † In gl. seq. in fi. ibi sed contra puto subaudi ⁊ bene lʒ contrarium not. glo. in. l. j. C. qui pro sua iurisdi. sed ista cōiter tenetur ⁊ alia que est in. l. j. C. vbi de cri. agi opʒ. q̄ si aliquis tanq̄ delegatus cuʒ non esset cognouit de causa non possit superior ad quem pertineret delegatio ratificare, pcessum ⁊ facere ipsum validū etiaʒ sine noīe ipsius cognouit: q2 processus esset ipo iure nullus cū in iudicio requirantur tres psone. s. actoris ⁊ rei: vt. j. eo. l. si inter litigatores. ⁊ etiā iudicis: vt in. c. forus. extra de verb. sig. et hic deficit psona iudicis. ⁊ adde quod no. in. d. c. prudētiam. extra de offi. deleg. in prin. ⁊ quod no. gl. in. l. ij. C. de iure fisci. li. x. ⁊ Bar. in. d. l. j. C. vbi de crimi. agi opor. ⁊. l. si vni. in fi. j. de re iudi. ⁊ quod no. ix. q. ij. c. j.

2 Filiusfa. q̄ possit cōdēnari ⁊ carcerari: ⁊ q̄ in bonis castrēsibus possit executio fieri ⁊ an contra patrem fieri possit in peculio profectitio seu legitima.
3 Instantia sicut transit in heredē: ita ⁊ in vniuersalē successorē lit. conte. fallit in fisco qui habet proprios iudices.
4 Instantia iudicij quando incipiat et quando lis. et quando iudicium.
5 Translatio instantie per mortem fit ipso iure nec requirit cessionem. ⁊ nu. 7.
6 Successor vniuersalis non tenet vltra vires bonorum in q̄bus successit.
7 Filiusfamilias q̄ hodie habeat heredē ⁊ pater sibi succedat vt heres ⁊ qualiter teneatur.
8 Iudiciū ceptū a patre an transferatur in filium non heredem in his que sibi competunt vt filio.

1 **Iam ex cōtractibus.** † Mortuo filio instantia contra eum incboata transit in partem licet actionis qualitas alteretur. h. d. ¶ † In text. ibi
2 cōpetit actio dic ⁊ potest condēnari ⁊ carcerari: vt. l. pe. C. q bo. ce. pos. ⁊ in bonis suis si qua habet fieri executio in castrēsibus j. de noxalibus. l. quoties. ⁊. l. si condēnatus. Sed an possit fieri executio contra partē in peculio profectitio quod est in domi nio ipsius patris licet in administratione filij. dic vt not. j. solu. ma. l. si filio. per doc. ⁊ per Bar. in. l. si finita. §. si de vectigalibus j. de dam. infec. ⁊ si non habet peculiū an possit fieri in legitima vel in his ad que pater sibi tenebatur pro alimentis. dic vt no. in Specu. de execu. sententie. §. sequitur. ver. quid si filius. et p Jo. an. in. c. ij. de delic. puerorum. ⁊ per Guil. de cu. s. de his q sunt sui vel alie. iu. l. si qua pena. Et hoc viuente filio post condemnationem. sed si filius moriatur ante condemnationeʒ an transeat instantia in patrem ⁊ si transit quatenus debet cōdem
3 nari loquitur sequens ver. ¶ † In text. ibi post litem contesta. transfertur iudiciū in patrem. No. ergo q̄ sicut instantia trāsit in heredē ⁊ in vniuersalē successorem. nam iure isto filiusfa. nō habebat heredē ʒ pater dicebatur eius vniuersalis successor quia omnia que filius habebat etiam castrense vel quasi occupabat iure patrio. i. iure peculij non tanq̄ heres sed tanq̄ pater vt. l. ij. j. de castren. pecu. Longa aūt est differentia inter heredem ⁊ vniuersalem successorem. nam ⁊ fiscus est vniuersalis successor ⁊ non heres: vt no. in. l. inter eos. in fi. j. de fideiuss. In hoc tamen equiparatur pater heredi vt in ipsum transeat instantia. non sic in fisco. vt. l. si constante. §. fi. j. sol. mat. quoniam habet suos proprios iudices vnde potius extinguitur instantia incboata contra defunctum vel confiscatum q̄ transeat in fiscum vt ibi patet. in alio tamen est differentia inter heredem ⁊ patrem: q2 in heredem transit instantia etiam lite non contestata. vt colligit ex. l. defunctus. s. de procu. sed in patrem non
4 nisi lite cōtest. per filium: vt in isto tex. ḃm † Ang. in. l. si seruus s. de infami. proprie tamen instantia q̄tum ad tempus triennij dicitur incipere tempore lit. contest. ⁊ non ante: vt. l. properandū. post prin. C. eo. ti. sed q̄tum ad transmissionem pōt di
a ci incipi ab ipsa citatione sicut dicitur incipere lis: [a] vt in cle. si. vt lit. pen. ⁊ insti. de pena teme. litig. vbi iudicium dicitur inci
5 pere a citatione: vt no. s. de in ius voc. super rub. † An autem transeat instantia in successorem singularem vel in fideicō. vniuersalē. vide per Bar. in. l. si cū hominem. j. de fideiuss. ⁊ not. q2 ista translatio instantie in heredem vel successorē vniuersalem fit ipso iure per mortem nec requiritur alia cessio fienda per illum cōtra quē fuit incboata vt hic colligitur. ¶ In tex. ibi dūtaxat de peculio. gl. super hoc verbo satis dubitauit: q2 trāslatio debet fieri in eadem specie ⁊ qualitate in qua erat incboata contra filium postq̄ de persona sua transfertur in patrem. Sʒ contra filium erat incboata insolidum. i. vt deberet insolidum condemnari ex nunc alteratur ista qualitas in persona patris vt non condemnetur nisi de peculio vnde procedit hoc. glo. nō bene declarat nec doc. Ego declaro sic. nā sicut in heredem non transfert nisi eatenus quatenus est heres: ita nec in vniuersali nisi quatenus ad ipsum peruenit de peculio ⁊ de bonis filij ergo eatenus trāsit vt vsq3 ad vires peculij debeat ꝯdēnari ⁊ nō vltra. ⁊ intelligo de quocumq3 peculio non solū profectitio sed etiam castrensi vel quasi qḋ pater isto iure occupabat iure pe
6 culij † Et sic not. q̄ vniuersalis successor non tenet vltra vires bonoꝝ in quibus successit. sic videmus in fisco. vt. l. j. §. an bona j. de iure fis. secus in heredem qui totaliter representat personam defuncti: ⁊ sic tenetur et condemnatur insolidum sicut defunctus esset condemnatus etiam vltra vires hereditatis iure isto: vt. l. que dotis. j. so. ma. lʒ hodie si cōficiat inuentariū: se
7 cus † ideo dico q̄ hodie cū filiusfa. habeat heredeʒ ⁊ pater sibi succedit vt heres nō iure patrio: vt olim non habebit locū qḋ hic dicitur imo si capit bona filij propria vt aduentitia vel profectitia tenebitur insolidum si non confecit inuentarium. sed si non habebat bona propria sed solum profectitium illud nō occupat pater vt heres sed iure peculij vt olim cū sit in eius domi nio ⁊ eius administratio filij finitur per mortem: vt patet in. l. centum. C. famil. herciscun. vnde in illo adhuc haberet locum ista. l. ¶ Sed oppono quod mortuo filio debeat de nouo lis incboari contra patrem agendo actione de peculio annali. vt. j. quando actio de pe. est annalis. per totum. Sol. illud procederet si lis non esset incboata contra filium: sed quando est incboata non expedit q̄ incboetur de nouo: alias lis super actione de peculio que est pretoria cum transferatur instantia incboata contra filium super actione ciuili que transit in patrē occupantem bona filij tamen alteratur condemnatio: vt hic. Non ergo credas quod hic pater cōdemnaretur de peculio in actione de pec. quia illa non fuit intentata contra filium vt regulariter non contra filium: sed contra patrem detur nisi in casibus. l. si filiusfa. s. eodem. sed fertur in actione ciuili contra filium intentata. Et istud fuit de mente glo. magne. in prin. dum dicit quia si ante litem contestatam nouum daretur iudicium in patrem. subaudi in actione de peculio ex illo titu. quando actio de pecu. est anna. ¶ In fin. tex. ibi trāslatio iudici dat qñ ergo procurator moritur transfertur instantia in dominium sine cessione ipso iure. sed quando reuocatur videtur necessaria cessio vel nouatio iuxta ea que not. s. de procura. l. mutari. et. l. in cause. §. fina. vel dic vt ibi dixi. quia etiam tunc nō requiritur quia nullo iure hoc cauetur: licet glo. que sunt ibi dicant contrarium: vt ibi dixi ḃm Bal. ¶ In gl. ibi datur in patrem scʒ tanq̄ legitimum administratorem etiaʒ ex contractu vel delicto filij olim non ex delicto: sed ex ꝯtractu dabatur contra patrem de peculio ⁊ contra filium insolidum. Non ergo suscepit hodie pater iudicium suo nomine ex contractu filij: licet olim susciperet in actione de peculio: sed suscipit nomine filij sicut tutor nomine pupilli et sic condēnatur executor in bonis
8 filij sicut in bonis pupilli. ¶ † Quero quid econtra vtrum iudicium ceptum a patre transfertur in filium non heredem in his que sibi competunt vt filio. vide de hoc bonum tex. cuʒ gl. in. l. si operam iudicio. j. de ope. liber.

a ¶ Incipere lis. dato q̄ citatio ī notitiā citati nō peruenerit si tñ sit decreta īducit litis pēdentiā ḃm ro. consi. cccxx.

2 Delegatus per litis contestationem factam coram eo: nō efficitur dñs litis.
3 Mandatum iurisditionis potest quandocumq3 reuocari. sed delegatus principis qui subdelegauit in totum reuocare non potest. nec etiam iudex ordinarius excommunicatus post delegationem.
4 Reuocans delegationem: alteri causam delegare non potest. princeps tamen potest.
5 Iudicium ⁊ instantia coram delegato cepta non soluitur nec finitur. licet iurisditio sit reuocata: sed transit in ipsum delegātem vel subrogatum.
6 Iudex superior pōt reuocare iurisditioneʒ inferioris q est eiusdeʒ tribunalis ⁊ sibi inhibere ne in aliqua causa procedat. ⁊ qd si inferior non est eiusdem tribunalis ⁊ nu. 7.
7 Archidiaconi iurisditio nō potest ab epō reuocari licet possit sibi inhibere ne procedat in causa.
8 Qñ in curia seculari incidit aliquis articulus preiudicialis et spiritualis qui remitti debet ad ecclesiasticam potest ecclesiasticus iudex inhibere seculari vt interim in cā non procedat et quid operatur talis inhibitio.
9 Ecclesiastica potestas ē maior ad coercendum secularem.
10 Delegās sicut pōt totam iurisditionē delegatā reuocare. ita et interlocutoriā latā a delegato sicut etiam posset suam.

Iudicium

1 **P**Er fundum qui. †In his q̄ sunt omnium unia pluribus vt singulis requiritur cōsensus omniū si potest separatim adhiberi ꝛ primus consensus ad vltimum trahitur vt tunc videatur actus perfici. hoc dicit ista solēnis. l. que semper allegatur. ꝛ glossatur ꝛ declaratur per. l. fi. ʃ. cōmunia predio. vt per Inno. in pluribus locis. ¶ †In text. ibi potest separatim cedi propter hoc primum dictum allegatur ista lex ꝙ in his que sunt communia pluribus vt singulis non requiritur ꝙ consensus eorum adhibeatur collegialiter: sed potest separatim adhiberi. fallit in casu. l. iurisgentium. §. fi. s̄. de pact. alias est lex ꝛ suum heredem. §. fina. per rationem quam ibi dixi hoc mane: quia legebā in duobus locis. †quando autem sunt communia pluribus locis: vt vniuersis debet adhiberi collegialiter ꝛ simul aliter non valet: vt not. glo. in. c. ʃ. de rebus eccle. non alienan. lib. vj. Et ex hoc text. dicit Inno. extra de elect. c. rescriptum. †ꝙ possum facere compromissum in aliquem diuersis diebus puta ego hodie ꝛ tu cras compromittes de questione quā simul habemus. ¶ Et similiter si sunt plures patroni vnius ecclesie qui possunt presentare istud ius pertinet ad eos singulos ꝛ sic possunt presentare eandem personam diuersis diebus. hic vero in actibus qui concernūt solum eorum preiudicium. sed si preiudicium aliorū puta si causa est commissa pluribus sed non tanꝙ collegiatis tunc debēt simul congregari ad actum expediendum quia hoc est commune pluribus nō vt singulis nec vt collegiatis sed vt pluribus: sed quando sunt simul alter alterum posset trahere in suā sententiam forte meliorem: vt. s̄. de arbi. l. si in tres. ¶ †In tex. ibi ꝙ si omnes allegatur iste text. ꝙ licet in his que sunt communia pluribus vt collegiatis sufficiat maior pars presentiū dūmodo sint presentes due partes: vt. l. nulli. cū. l. seq. s̄. quod cuiusꝗ vniuer. nomine. ꝛ. l. ꝙ maior. ʃ. ad municipa. in his tamen que sunt communia pluribus vt singulis requiritur cōsensus omnium nomine vt omnium. i. necessarie discrepantium non vt singulorum. †ꝛ locum habet regula ꝙ omnes tangit debet ab omnibus approbari: vt in. c. cum omnes. extra de consti. et ex hoc sequitur ꝙ si aliud agitur contra eos debet quilibet eorum singulariter citari licet quando ageretur contra vniuersitatem sufficiat citari eorum syndicum iuxta notata in. l. nō potest videri. ʃ. de re iudi. ꝛ in. c. humili. extra de maio. ꝛ obe. ꝛ per Inno. in. d. c. cum omnes. facit. l. in concedendo. ꝛ. l. in via. ʃ. de aqua plu. arcen. †sed quando aliquid est cōmune pluribus vt pluribus non vt collegiatis: vt in cōmissione vel arbitro concesso pluribus sufficit maior pars omnium nec sufficeret maior pars presentium etiam si due partes conuenissent. ꝛ ita seruatur de facto ad qd̄. ʃ. de pac. l. rescriptum. in prin. ꝛ si sunt plures anciani non dicūtur facere collegiū proprie loquendo: sed sunt plures vt plures. ideo in actibus expediendis per eos sufficit maior pars eorum seu omniū. ꝛ vide ꝙ no. per modernos. in. c. prudentiam. extra de offi. dele. s̄. Anto. de bu. qui multum bene expedit istum articulum. ¶ †In text. ibi superiores oēs confirmabuntur. quia videbitur tunc actus perfectus. facit ꝙ no. Bart. in. l. si testamentū. in fi. ʃ. de testa. ꝛ ex hoc no. ꝛ ad hoc allegatur iste text. ꝙ in his que geruntur a pluribus diuersis tēporibus proprio nomine primus consensus trahitur ad vltimum. secus in his que alieno nomine: quia tunc econuerso vltimum traheretur ad primuz: quia ratihabitio trahitur retro ꝛ mandato comparatur: vt. l. fi. C. ad macedo. ¶ †No. etiam ex hoc ꝙ per vltimam concessionem confirmantur precedētes et dicit Inno. in. c. cum consuetudinis. extra de consuetu. ꝙ hoc est ideo quia precedentes non erant nulle sed pendebant: licet enim per eas non esset concessum ius reale ne fieret preiudiciū socio tamen saltem ex eis oriebatur obligatio personalis per quam prohibebant venire contra factum propriū in fi. Si autem actus precedentes essent funditus nulli. tūc per vltimum non confirmarentur ƀm eundem. ¶ †Item allegatur iste tex. etiā ꝙ quando requiritur consensus alicuius in actu propter preiudiciū quod illi infertur potest pstari ante actū vel post ex interuallo: sed si requireretur ad autorizandū actum non propter preiudiciū eius vt si diceret statutū ꝙ mulier nō possit cōtrahere sine consensu coniūctorū deberet prestari consensus tēpore contractus sicut autoritas: vt insti. de auto. tuto. §. tutor. ꝛ per Inno. in. c. cū consuetudinis. extra de consue. ꝛ per Bal. in l. j. C. qui admit. ad bo. pos. †Dicit etiam Inno. per istū tex. in c. ꝙ sicut. extra d̄ elec. ꝙ si electio est facta aliquo ex collegiatis contēpto. i. nō citato: licet a minori parte duarū partiū presentium. ꝛ sic ille potest prosequi suū contēptum ꝛ facere electionē infirmari si tamen nō vult prosequi sed vult approbare potest hoc facere etiā inuitis electoribus qui non possunt cōtradicere nec contra factum suum venire vt hic in fi. Nam ꝛ hic et iste vltimus potest approbare inuitis precedentibus et allegat. c. inter canonicos. eo. titu. ¶ In fi. tex. ibi veterani vti cesso iure non posse: quia ius erat acquisitū ei cui facta erat concessio saltem contra concedentē licet non in re. secus si non erat acquisitū: vt. ʃ. de op. lega. l. si tibi. §. vnus. ꝛ omnino vide qd̄ no. Bar. ꝛ not. quia hoc qd̄ hic dicitur est verū non solum quando quis onccedit super eo qd̄ pertinet ad se tanꝙ ad priuatū: licet concessio non possit sortiri effectū iuris realis nisi interuenientibꝰ consensibus aliorū vt hic patet sed ꝛ si super eo qd̄ pertinet ad rēpu. ꝗtum ad personā vt nō possit venire contra. licet concessio nō teneat: vt. ʃ. cōmunia pre. l. venditor. in princ. ꝛ. l. ij. cū no. in gloss. ꝛ hoc si promisit factū persone sue puta non impedire me vti iure publi. sed si ipse se retulit ad publicum ius. tunc qr de illo non potuit disponere. ꝛ sic quia ipso iure nō valuit dispositio ipse idem posset venire contra: vt not. s̄. de pact. l. iurisgen. §. si paciscar. in gloss. que incipit. fit enim nuntiatio. quod dic vt ibi dixi.

1 **I**Nter actum et. †Facit ista. l. cum similibus ƀm Ange. ad cōcessiones que quotidie fiunt stipendijs seu sodalibus vt possint transire per territorium vel datur eis passus vel transitus vtrum poterūt secū ducere predā quā habent. nā si videtur concessum iter non poterunt. si vero actus poterunt. ꝛ istā secundā partem videtur ipse tenere: certe tamen possunt ferre hastas erectas: quia videtur potius cōcessa via: vt. s̄. eo. l. qui sella. Breuiter ista concessio debet intelligi ꝛ interpretari ƀm qualitatem personarum quibꝰ fit arg. l. plenum. §. equitij. s̄. de vsu. ꝛ. l. cum filio. ʃ. de lega. iij. non enim est ista seruitus predialis sed concessio personalis. vnde si tempore concessionis habebunt secum predam videtur ꝙ eam ducere possint sed si eam acquirunt de nouo videtur secus: quia cōcedentes non fuissent forte cōcessuri cum iniuria alterius ꝛ ne concessio tribuat materiam iniuriandi. argu. l. conuenire. ʃ. de pact. do. ꝛ not. hic in ver. armenta. quia in. l. j. ꝛ in. l. qui sella. s̄. eo. bene dicitur ꝙ qui habet actū potest ducere iumenta vt boues ꝛ asinos. hic dicitur ꝙ etiā armenta: vt equos ꝛ equis oneratis vel per modum prede.

2 ☞ Mercator pannorum tenens apothecam aliam ad pensionem si legat alicui suam apothecam videtur legare pannos seu illud ius quod habet.

3 Conducens vineam ad colendum a quodam habente solū ad certā partē fructuum si fecit contractū perpetuum ꝙ si plantauerit ibi ficus vel nuces teneatur dare partē fructuū illarū arborum an intelligatur tanta parte sicut ante.

1 **C**Erto generi. †Seruitus acquisita vinee censetur acquisita solo vineato non vitibus tm̄. et ideo sublatis vitibus adhuc remanet in solo. h. d. ¶ Et not. de hoc verbo vinea: quia potest sumi pro solo vineato ꝛ etiam pro vitibꝰ tm̄ vt colligitur hic dum dicit sublatis vineis ꝙ exponitur: idest vitibus: vt in gloss. ꝛ quedā sunt que conueniunt solo: vt iter ꝛ actus tunc sumitur primo modo: quedam que vitibus tm̄ puta vt possit tollere pedimenta ex fundo vicini pro palis vinee: vt. s̄. eo. veluti. ante fi. ꝛ tunc sumeretur secundo modo: et ideo sublatis vitibus non remanet seruitus: quia deficit necessitas propter quā acquisita est. ¶ In glo. ibi: ꝛ ita pone contentum pro continente. ꝛ econtra dicas ꝙ hoc tunc debet fieri quando verba non possent aliter effectum sortiri. ƀm †Angel. ꝛ ideo si mercator pannorum tenens apothecam alienam ad pēsionem ꝛ legat alicui suam apothecam. videtur de pannis in ea contētis sentire non de loco qui non pertinet ad se. l. cū pater. §. mensē. s̄. alias minime. ʃ. de lega. ij. econtra si dominus loci allegat hoc modo cēsetur sēsisse de loco tm̄. l. cum tabernam. ff. de pig. ꝛ. ʃ. de fundo instruc. l. taberne. nam pro vtroꝗ potest sumi hoc verbū: scilicet pro contento ꝛ pro continente ꝛ si ad testatorem spectaret locus ꝛ etiam mercantia cēseretur sensisse de vtroꝗ: quia in legatis ꝛ vltimis voluntatibus larga fit interpretatio quatenus verba patiuntur. l. in testamētis. de re iudica. ƀm eūdem. ¶ †In glo. ibi ꝛ proficiunt. no. istam glo. ad. q. quotidianam pro rusticis qui recipiunt vineam ad colendum a quodā habente solum ꝛ promittunt dare certam partem fructuum ꝛ faciunt contractum perpetuum ꝙ si plantauit ibi ficus vel nuces teneatur dare ptē fructuū illarū arborū: quia intelligitur vinee: idest soli vineati. sed isti fructus percipiuntur ex solo vineato sine quo arbores non possent fructum percipere ꝛ quod iuris est de principali idem debet esse de augmento ꝛ de accessorio: vt. ll. hic allegatis. vnde si sumeretur vinea pro fructibus omnes arbores pertinent ad dominū soli in quo rusticus nullum ius habet: sed solum in superficie. ideo non debet habere tres partes istorum fructuum: quia sicut promisit quartā par-

tem fructuum dare ita ⁊ pro se retinuit tres partes eorundem ⁊ conuentio non extenderetur ad aliud: ⁊ sic arbores remanerent domino soli cui cedunt. ⁊ adde quod no. in simili. per glo. in. l. obligatū. §. placet. ff. de actio. ⁊ obliga.

2 Latitudo itineris vel actus quanta esse debeat.

1 **Si totus.** †Usq; in fi. l. determinat duos passus. vnus est si concessisti seruitutem itineris in fundo tuo ⁊ ego incepi ire per vnam partem ⁊ tu vis edificare in altera parte. ego volo te prohibere dicens ꝙ mihi licet pernitere ⁊ per illam partem vnde nolo ꝙ aliquid facias ꝑ quod impediar an possim te prohibere. et hic distinguitur aut a principio fuit dictum ꝙ possim ire per quālibet partem fundi ⁊ tūc videtur actum ꝙ ire possim nec per vnam partem nec per alteram. Sed prout mihi placebit ⁊ quod possim variare: vt. ff. quemadmo. serui. amitta. l. non satis. ante fi. versi. ceterū. ꝙ est notandum. ⁊ ideo tunc possum te prohibere. ⁊ not. ꝙ illa concessio poterat intelligi alio modo ꝙ possim ire per quālibet partem. idest eligere per quālibet partem fundi: sed ea electa non possem variare. ⁊ tamen ille text. videtur velle contrarium ꝙ intelligitur vt possim ire ⁊ etiam variare ⁊ ita intelligitur principium istius. §. Aut fuit cōstituta simpliciter et tūc a principio totus fundus seruit: quia seruitus est tota in toto. ⁊ tota in qualibet parte totius. tamen tunc debeo eligere et electione facta nō possum variare: quia cetere partes remanet libere. et ideo non possem te prohibere: vt hic in ver. at si debeo eligere locum minus tibi nociuum: vt. s. de serui. si cui simplici. de quo si dubitetur debent assumi arbitri. i. cōmunes amici qui debeant hoc dirimere: vt hic ⁊ in fi. ff. circa fi. istius. l. aut ab ipso principio fuit expressa certa pars fundi ⁊ tunc alie partes ab ipso principio sunt libere ⁊ non cadit hec electio: quia non possum ire nisi per illam: vt in. §. si locus. ⁊ per illum locum designatum possum ire ſm ꝙ placet per alium non: quia potest constitui ad certam partem fundi: vt. l. ad certā. s. de serui. non sic ad incertam pro indiuiso: vt. l. ij. eo. tit. ⁊ adde quod no. glo. in. d. §. certum. ¶ †Secundus articulus est quanta sit latitudo itineris vel actus. ⁊ breuiter si fuit expressa a partibus illi statur si non fuit expressa quantum ad iter actum non reperitur expressa a iure. ideo recurritur ad arbitriū boni viri: sed in via reperitur expressa: vt. s. eo. l. vie. vnde tūc non recurritur ad arbitrium boni viri: sed ad determinationem. l. quod no. qꝛ istud est generale vt non recurratur ad arbitrium nisi in defectum: vnde si datur arbitrium potestati in maleficijs videtur datum in libellis in quibus non reperitur expressa pena per statuta non in illis in quibus reperitur expressa. ar. hic ⁊ adde qđ no. Bar. in. l. filius. ff. de do. tales em̄ habentes arbitriū non debēt eo vti preter vel cōtra determinationē expressam. l. vel statuti. facit qđ no. in. l. ille aut ille. §. cū in verbis. ff. de leg. iij.

1 **Per quem.** †Nō potest quis cocedere seruitutem in preiudicium alterius cui prius concesserat. hoc dicit: quia sicut non poterat reuocare primā cōcessionē directo: vt. s. eo. l. per fundū. in fi. ita nec per indirectū. arg. in. c. cū quid vna. de regu. iur. in. vj. nisi nō impediretur vsus prime cōcessionis posset alteri concedere: vt. ff. eo. l. ij. §. aqueductus.

1 **Quintus.** †Qui habet seruitutē potest in fundo seruiēte aliquid facere sine quo seruitute vti nō potest: dūmodo non noceat dño. h. d. ⁊ per vltimū limitatur lex seruitutes. §. si domo. s. titu. j. ⁊. l. si inter. s. tit. ij. adde. s. eo. l. si mihi. §. j.

2 Quādo censeatur quis in quasi possessione seruitutis per actum semel gestū: ⁊ quando requiratur vsus. xxx. dierum.

Interdictū de itinere actuq; priuato cōpetit alicui postꝗ per xxx. dies in anno fuerit per fundū alienū quousq; actū sit confessoria vel negatoria ⁊ fuerit pronuntiatum.

3 Quod vnus iudex ordinarius possit inter subditos suos consentientes reddere ius in territorio alterius iudicis nisi ille ꝓhibeat.

4 Uenator ꝙ non teneatur restituere venationē: licet prohibente domino venatus fuerit.

1 **Ciuus.** †No. hic a cōtrario sensu: quia si dominus nō prohibet quis potest ire ⁊ transire per fundū alienum iure cuiusdam facultatis a iure gentium concesse dūmodo nō noceat fundo ⁊ propter hoc licet quis pluries iuerit nō censetur iuisse in re seruitutis nisi iuerit per. xxx. dies in anno: ⁊ semp potest prohiberi ne vadat. 2 †postꝗ vero iuerit per. xxx. dies censetur esse in quasi possessione seruitutis eundi in qua est defendendus ꝑ titulum de itinere actuq; priuato quousq; actum fuerit cōfessoria vel negatoria ⁊ pronuntiatum fuerit seruitutem non deberi vt in titulo de itinere actuq; priua. sed in his que iure facultatis nō solent competere sufficit semel aliquid fuisse gestū sciente ⁊ patiēte domino vt statim dicatur esse in quasi possessione seruitutis: vt. l. j. §. hoc interdicto. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. ⁊ vide quod per predicta notatur in. c. cū ecclesia. extra de cau. possess. ⁊ proprie. 3 †Facit etiam iste tex. ꝙ vnus iudex ordinari⁹ possit inter suos subditos cōsentientes reddere ius in territorio alterius iudicis nisi ille prohibeat ⁊ tūc non poterit nisi in casu cle. j. de foro competenti. De questione autem quam format hic glossa. dic. vt. l. iij. de acqui. rerum do. ibi etiam Dy. tenet opi. glo. 4 †ꝙ nō teneatur venator restituere venationem licet prohibēte domino venatus fuerit: quia solus ingressus est prohibitus.

2 Si aliquis prius occupasset aquam in flumine pub. faciēdo ibi molendinum: non potest alius aquam extrahere cum illius iniuria.

1 **Imperatores alias aquā.** ¶ †No. hic ꝙ de flumine publico non nauigabili quilibet potest extrahere aquam ad irriganda predia sua sine licētia superioris non sic si flumen est nauigabile vel ad aliquod ministerium publicum deputatum puta ad molendina communis vel valcheriam et propter hoc impediretur publicus vsus. tūc enim requireretur superioris autoritas: vt. l. quominus. de flu. 2 †item si aliquis prius occupasset aquā faciēdo ibi molendinum non potest alius extrahere aquam cū iniuria illius: vt in fi. istius legis.

2 Per vsum partis retinetur totum.

1 **Una est.** †No. ꝙ hic ad pluralitatem fundorum seruientium non resultat pluralitas seruitutum: quia si acquiro seruitutem itineris ad fundum meum per plura predia vicinorū inuicem contigua per que facio vnū transitum non est nisi vnica seruitus. non sic ad pluralitatem fundorum dominantium: quia sunt plures seruitutes si vnus fundus seruiat pluribus: vt. s. titu. j. l. si edes. in prin. ¶ 2 †Item no. ꝙ per vsum partis retinetur totum facit. l. his qui vsum. s. qui. mo. vsusfruct. amit. vnde si debeo quolibet anno soluere. x. ⁊ soluo. v. videtur ꝙ remaneat ius in. x. de hoc tamen dic vt ibi: ⁊ in. c. cum olim. extra de censibus.

2 Alienatio rei si est prohibita sine certa solēnitate censetur ⁊ prohibitus contractus.

3 Omnes dñi vnius fundi possunt simul stipulari. licet nullus eorū possit solus seruitutem imponere.

Stipulatio seruitutis nō redditur inutilis: licet stipulator ante ipsam impositam decesserit pluribus heredibus relictis.

1 **Si vnus.** †No. hic ꝙ sicut vnus ex plurib⁹ dominis habentibus fundū cōmunem pro indiuiso non potest illi fundo seruitutem imponere: vt patet. s. eo. l. per fundum. ⁊. l. ij. s. de serui. ita non potest stipulari seruitutem: ⁊ sic prohibito effectu seu subsequenti censetur prohibitum antecedens per qđ ad illud peruenit. 2 †⁊ ideo si prohibita est alienatio rei sine certa solēnitate censetur etiam prohibitus contractus: ⁊ sic ex eo resultabit obli. vel actio. licet hoc non dicat alienatio consistat in traslationem domini ⁊ probetur in. l. ad resoluendam. C. de predijs minorum. ¶ 3 †Item no. in ver. sed si omnes domini. ꝙ omnes domini simul possunt stipulari: licet nullus eorum solus possit seruitutē imponere. ¶ Ultimo no. ꝙ stipulatio non redditur inutilis licet stipulator seruitutis ante ipsam impositam decesserit pluribus heredibus relictis. ⁊ sic incipit resultare difficultas: quia si omnes consentiant non potuit imponi vel acquiri. sed hec difficultas non vitiat obligationē. ⁊ hoc dicitur: vt. l. ij. §. ex his. ff. de verbo. obliga.

2 Paria sunt a principio vnum tm̄ acquirere: vel acquirere duo ⁊ perdere vnum.

Paria sunt a pricipio limitate disponere: vel ex postfacto disposite limitare.

3 Quod possum habere seruitutem predialem in fundo in quo habeo vsumfructum.

1 **Si mihi.** †Qui habet duo iura: licet remittat vnū nō videtur aliud remisisse: sed perinde ēst ac si vnū tm̄ a pricipio acquisiuisset. hoc dicit. 2 †Et no. hoc vltimū qꝛ paria sunt a principio vnū tm̄ acquirere vel acquirere duo ⁊ ꝑdere vnū. nā et paria sunt a pricipio limitata disponere vel ex postfacto disposita limitare: vt. l. lucius. §. que habebat. ff. ad trebel. ⁊ i primo dicto. dic vt. s. eo. l. si domus. ¶ 3 †In text. ibi ⁊ vti frui. ⁊ sic not. ꝙ possum habere seruitutem predialem in fundo in quo habeo vsumfruc. ⁊ sic nō extinguitur seruitus si non acquiro proprietatē: sed solū vsumfruc. vt. s. tit. j. l. si quis edes. in fi. ¶ In text. ibi: ⁊ in

ibi: ꝛ in eo edificare intelligo non propter seruitutem aqueductus dumtaxat: sed iste ex alia causa. ꝛ sic erunt due seruitutes al's: sed hoc esset potius cõmoditas seruitutis aqueductus. et ad remissionem ipsius censeret̃ remissa ipsa seruitus. per id qđ no. in. l. si domus. §. ti. j. in glo.

1 **Seruitus.** †No. per lesionẽ contingentẽ vniuersaliter in fundo seruiente per vsum fundi seruientis sine aliqua culpa vel facto eius cui debetur seruitus nõ tenetur ad interesse. secus si eius facto vel culpa: vt. §. ti. j. l. si fistule. cum ibi no. Et intelligo facto seu opere non necessario ad vsum seruitutis al's secus: vt patet hic in riuo qui fit opere manufacto: sed qꝛ est necessarius ad vsum seruitutis non tenet̃ ex damno contingente propter riuum.

1 **Si fundo.** †Seruitus non extinguit̃ si dñs predij dominantis efficiat̃ dñs predij nõ principaliter seruientis: lꝫ seruiat in consequentia. h. d. ¶ In text. ibi: confinij fons. s. in predio tuo ad quem acquisiui seruitutem aquã ducendi. et iste fundus tuus principaliter seruiebat. Itẽ acquisiui seruitutem in fundo seiano medio per quem aquã ducebam: ꝛ iste seruiebat accessorie. vnde non extinguitur seruitus si acquiro dñium illius ꝛ non tui fundi ꝛ vtilitas est: qꝛ si illum eundem fundum postea alteri vendam transibit cũ eadẽ seruitute etiã si aliter non sit dictum: vt. j. eo. l. via. §. si fundus. secus si fuisset extincta: vt. §. tit. j. l. si quis edes. versi. ꝛ si rursus. ꝛ adde. j. eo. l. tua predia. ꝛ si acquisiuisset dominium fundi tui principaliter seruientis extincta esset seruitus in vtroqꝫ per eundẽ. l. si quis edes.

1 **Hauriendi.** †Intelligo istum versi. qñ hec seruitus haustus fuit acquisita per habẽtem fundum vicinum ꝛ pro vtilitate ipsius predij: vt dicat̃ seruitus predialis al's esset seruitus personalis: vt notatur. §. de serui. l. vt pomum.

1 **Si mihi.** †Licet in seruitute simpl'r cõcessa quelibet particula fundi dicatur seruire de iure tamen de facto ꝛ de equitate non debet quis vti nisi per loca minus nociua ꝛ illa dicunt̃ tantũ seruire de facto. h. d. cum. l. seq. dic vt. §. eo. l. certo generi. §. j. ꝛ. l. si cui. §. de serui.

2 ☞ Jura realia transeunt ad quẽcunqꝫ trãsit res cui coheret.

3 Petens fundum: an etiam videatur petere seruitutem sibi debitam.

1 **Via.** †Nota in prin. ꝙ lꝫ sit prefinita latitudo vie a iure cõmuni partes tamẽ possunt per pactum facere eam latiorem vel strictiorem remanente seruitute vie vt prius dũtamen remaneat tanta la-

2 titudo ꝙ effectus talis seruitutis possit sequi. ¶ †Item no. in §. si fundus. ꝙ iura realia trãseunt ad quẽcunqꝫ transit res cui coheret. ꝛ ad hoc allegatur. l. conuenerit. §. si fundus. de pigno.

3 actio. †sed an ille qui petit fundum videatur petere etiam seruitutem sibi debitam. vide per glo. ꝛ Barto. j. de verbo. signifi. l. rei appellatione.

2 ☞ In contractibus vel quasi non videtur actum qđ vna res seruiat alteri nisi dicatur expresse.

In diuisione nõ venit aditus seu transitus per partẽ alterius nisi expresse hoc agatur.

1 **Quecũqꝫ.** †Seruitus quo ad predium dominans est tota in toto ꝛ tota in qualibet parte totius ideo ad quẽcunqꝫ transit pars fundi: trãsit etiam tota seruitus siue per alienationem siue per diuisionẽ. Item facta diuisione nõ videtur actum vt alter pro parte alterius ire possit nisi fuerit dictum expresse: licet ante hanc diuisionem quilibet

2 per totum fundum ire posset. hoc dicit. ¶ †Nota diligenter fi. istius. §. ꝙ in cõtractibus: vel quasi non videtur actum ꝙ vna res seruiat alteri nisi dicat̃ expresse ꝙ si habebamus fundum cõmunem quem diuidamus: lꝫ ante diuisionẽ quilibet nostrũ posset transire per fundum: qꝛ in qualibet parte habebamus partem pro indiuiso: tamẽ post diuisionem nullus poterit ire per partem alterius ad partem suam post diuisionem inuito domino illius: vt. j. de cõtrahen. emp. l. in vendendo. ꝛ adde qđ no. Bar. in. l. j. j. de serui. lega.

2 ☞ Seruitus potest deberi certe parti fundi quando hoc fuit actum.

3 Possum vti seruitute ad aliam partẽ vel ad alium fundum ꝙ̃ ad quam seu ad quem acquisita est.

1 **Ex meo.** †No. hic ꝙ habẽs seruitutem predialem non potest alteri concedere cõmoditatem vel eius vsumfructũ illius seruitutis in totũ vel pro parte. lꝫ glo. videatur tenere contra-

2 rium in. l. j. j. de vsufru. lega. ꝛ ibi vide no. per Bar. ¶ †Itẽ no. ꝙ seruitus potest deberi certe parti fundi. ita ꝙ nõ alijs partibus quando fuit hoc actum a prin. vt. l. ad certam. §. ti. ij. al's

3 cuilibet parti deberetur: vt. §. pxi. §. ꝛ. j. l. proxi. ¶ †Item no. ꝙ possum vti seruitute ad aliam partem vel ad alium fundũ ꝙ̃ ad quam vel ad quem acquisita est. vide. l. non modus. et qđ ibi no. C. y. de serui. ꝛ aqua.

2 ☞ Seruitus lꝫ per se sit ius indiuisibile: tamen cõmoditas eius potest diuidi si diuisionem recipit.

Quando vna res non potest accedere duobus: accedit pretiosiori.

1 **Si partem.** †Nota hic: ꝙ si acquisiui simpliciter seruitutem aqueductus ad fundum meum et sic cuilibet parti eius fuit acquisita licet ego fuerim vsus dumtaxat ad vnam partẽ tñ que magis indigebat ꝛ erat pretiosior si tamen postea alienaui aliã partẽ puta pro dimidia et illa dimidia ad quã fui vsus mihi remansit non propterea remanebit penes mea tota seruitus ꝛ eius cõmoditas: sed diuidetur aqua pro rata vt dimidia sit mea ꝛ altera dimidia illius in quem alienaui non habita consideratione prioris vsus vel necessitatis. secus si fuisset acquisita dumtaxat illi parti que mihi remansit: vt. §. proxi. in

2 fine. ¶ †Item no. ꝙ lꝫ seruitus per se sit ius indiuisibile: vt. §. de serui. l. vie. tamen cõmoditas eius potest diuidi si diuisionẽ recipit vt aqua. facit. l. lucio. j. de aqua quotidia. ꝛ estiua. ¶ In glo. §. verbo bonitatis. j. de acquir. rerũ domi. quicquid. dic ꝙ ibi non poterat accedere vtriqꝫ parti. ideo accedit pretiosiori hic sic.

2 ☞ Fundus dominans si est cõmunis inter te et me pro indiuiso: ꝛ postea fundus seruiẽs efficiatur cõmunis: extinguitur seruitus.

Quod iuris est in vna persona est in duabus.

3 Fundus cõmunis potest seruire fundo proprio alterius ex socijs ꝛ qualiter procedat.

1 **Si communi.** †Si a socijs fundi dominantis communiter emitur fundus seruiens seruitus extinguitur. secus si in fundo dominante nõ est cõmunio. h. d. Bartol.

2 ¶ †Nota ex primo casu ꝙ sicut qñ fundus debet seruitutẽ fundo meo si efficior dominus fundi tui ꝛ sic vterqꝫ est meus insolidum extinguitur seruitus: qꝛ vna res mea non potest alteri rei mee seruire: vt. §. eo. l. si quis edes. ita si fundus dominans est cõmunis inter te ꝛ me ꝑ indiuiso si postea fundus seruiens similiter efficiatur cõmunis extinguitur vt hic: qꝛ quod iuris est in vna persona est in duabus contra istud notabile glo. j. et etiam glos. ij. opponit de. l. vnus ex socijs. j. eo. ver. j. vbi si fundus tuus debet seruitutem meo fundo ꝛ econtra: deinde si cõmunicas mihi tuum ꝛ ego meũ seruitus nõ extinguitur. Sol. casus sunt diuersi: qꝛ hic loquitur in redẽptione ibi in cõmunione: ꝛ rationem diuersitatis ponit hic gloss. vel dic ꝙ ratio est qꝛ loquitur quãdo totus fundus redimitur seruiens: vnde tunc seruitus stare non potest. ibi vero per cõmunionem redimitur pars tantũ: vnde potest stare seruitus ratione alterius partis: vt. l. pomũ. §. fina. §. titu. ij. et. §. titu. j. l. si quis edes. §. j. non ergo fienda est vis in verbis redemptionis ꝛ cõmunionis. sed in effectu vt distinguamus an dominus vel domini predij dominantis efficiatur vel efficiantur dñi insolidum predij seruientis ꝛ extinguitur seruitus: quia non superest in quo possit remanere an vero pro parte ꝛ tunc secus: quia superest altera pars. ꝛ ex his patet intellectus ad plures casus quos glo. magna prosequitur ponendo differentiam inter redemptionem ꝛ cõmunionem qđ multis modis potest contingere vt in glo. ꝛ in omnibus bene dicit saluo ꝙ debet declarari ꝭm predicta.

3 ¶ †Ex secundo casu no. ꝙ fundus cõmunis potest seruire fundo proprio alterius ex socijs. ¶ Glo. magna circa principium opponit contra hoc de. l. si quis duas. §. fina. j. titu. j. ꝛ soluit ꝙ hoc habet locum quãdo seruitus erat imposita anteꝙ̃ esset cõmunis quo casu per cõmunionẽ subsecutam non extinguitur. et ita loquitur iste text. sed postꝙ̃ effectus est cõmunis non potest imponi seruitus vt seruiat fundo proprio alterius ex socijs: vt ibi et hoc per pactum: sed per prescriptionem sic vt. §. titu. j. l. sed si interea. Uel dic vt colligitur in his que ibi dixi. nam non video quare si fundus est cõmunis inter te ꝛ me non possit fieri per pactum nostrũ ꝙ seruiat fundo meo cum possit fieri ꝙ seruiat fundo tertij. nam hic non repugnat natura seruitutis: qꝛ si repugnaret etiam ex postfacto extingueretur: vt dicta. l. si quis edes. nec etiam repugnat defectus consensus: qꝛ in hoc vterqꝫ nostrum consensit. ꝛ ad illum. §. fina. responde vt ibi dicam. In vno tamen Bartol. reprehendit glos. in versicu. item reddimus. nam per redemptionem primo factam seruitus nõ fuit extincta: vt in fi. l. cum adhuc dominãs esset meus proprius per cõmunicationẽ postea subsecutam similiter non

extinguitur: qr cõmunicatio non est causa extinctionis seruitutis: vt. l. vnus. §. j. j. eo. ẽm Bar. in glo. tamẽ videtur voluisse dicere: qr nũc incipimus esse in pari conditione: ergo ⁊c. ⁊ glos. extat in isto tex. ver. quia par.

1 **Si quis.** als **Si cõmuni.** † Seruitus aque immittende imposita tempore venditionis restringitur ad aquam que in fundo predicto colligitur. hoc dicit no. ¶ In tex. ibi: vt aqua hoc verbum faciebat dubium: quia non fuit dictum solum de aqua que colligeretur in fundo vendito sed simpliciter ꝙ emptor posset aquam per fundum emptũ deriuare in aliũ fundũ venditoris vnde videbaẽ ꝙ posset deriuare etiã aquam que colligebatur in alio fundo emptoris ibi vicino ⁊ nõ vendito. contrariũ tamẽ determinatur qr censeẽ actum solũ de aqua que colligitur in fundo vendito qd est singulare et potest esse casus quotidianus.

2 ☞ Quod non est acquisitũ perdi non potest.

3 Si plures habẽt actionem personalem ad petendam seruitutem: nõ tamẽ vnus eorũ potest eam regulariter acquirere fundo cõi nisi in acquisitione oẽs consentiant.

4 Partes discordantes qualiter iudex reducat et cogat ad concordiam.

1 **Itinere.** † No. ex hac. l. limitationem ad. id quod habetur. j. queadmo. serui. amittatur. l. si partem. §. fina. vbi quando legaẽ seruitus statim adita hereditate acquisita est etiã ignorante legatario: quia illud est verum quando legatur vni vel etiam pluribus non habentibus concordare circa vsum seruitutis. sed si habent concordare: vt quia legatur seruitus itineris quo casu non possunt ire nisi per vnum locum minus nociuum: vt. s. eo. l. si mihi concesseris. cum. l. sequenti. ⁊. l. si cui. s. de serui. tunc non dicitur constituta nec acquisita predio legatariorum nisi postꝙ cõcordauerint de loco: vt hic. ¶ † Itẽ no. 2 ꝙ illud qd non est acquisitum nõ potest perdi: qr priuatio presupponit habitum. † Item patet ex hac. l. ꝙ si plures habent actionem personalem ad petendam seruitutem nõ propterea vnus eorum potest eam regulariter acquirere fundo cõmuni. sed requiritur ꝙ in acquisitione oẽs cõsentiant. facit qd notaẽ s. eo. l. si vnus. in fi. in. j. gloss. ⁊. l. ij. §. ex his. j. de verbo. obliga. ¶ Ultimo dicit glo. hic: ꝙ quando non concordant sorte[a] dirimitur. tunc dic ẽm doct. ꝙ si discordant ad ipsorum incõmodum se inuicẽ impediunt: sed qñ ad incõmodum alienũ iudex imminet vel sorte dirimit: vt. l. huiusmodi. §. si. cũ ibi nota. j. de lega. j. ⁊ in aliis hic allega. in glo.

a ¶ Sorte. intellige hoc vt hic per Flor. ⁊ p Bal. in l. si duob⁹. C. cõ. de leg. et qñ sors sit licita p doct. i c. j. de sorti. ⁊ adõ ꝙtuplex fit sors p glos. Jo. an. in cle. i proe. sup v. sortis. gl. in. l. milites. C. de testa. mili. ⁊ vid Spe. in tit. de iudi. §. iiij. versi. ⁊ scias. Bal. i proe. ff. ox ⁊ adde a iudicio sortis nõ appellaẽ. ita Bal. i. d. l. si duob⁹. ⁊ Mo der. peru. i rubr. ex de ap. ⁊ qñ habeat locũ iudiciũ sortis. adde eundẽ Paul. de ca. in. l. i trib⁹. s. de iudi. et oĩno Fely. in. c. lz. col. fi. de pba. Cur.

2 ☞ Accessorium nõ debet plus importare ꝙ̃ principale si res est dubia ⁊ quid si est clara.

1 **Uiduo.** † Si excipitur locus ꝑpter vsum seruitutis censetur exceptus iure 2 seruitutis non iure dominij. hoc dicit. et sic not. † ꝙ accessorium non debet plus importare ꝙ̃ principale quando est dubium quid importet et sic debet fieri interpretatio in re dubia. sz si esset clara staretur certo: quia interdum accessio potest esse pretiosior ꝙ̃ principale vt lapis pretiosior in anulo. l. et si non sint. §. peruenia mus. j. de auro et argen. lega. ¶ In text. ibi: aque. i. vt possit ducere aquam iure seruitutis de fundo vendito ad fundum retentum. ¶ In tex. ibi. x. pedes scz terrenei ⁊ hoc faciebat dubium an videaẽ venditor voluisse sibi reseruare dominium in illo spatio decem pedum: an autẽ dumtaxat seruitutem itineris. et respondetur pro hac vltima parte. Sed contra qr ẽm hoc erit seruitus seruitutis qd esse nõ potest: vt. l. iij. j. de vsufruc. lega. sed dic ꝙ imo non est seruitus seruitutis aque: sz est seruitus fundi dominantis cui debetur seruitus aque ⁊ est commoditas seruitutis aque ꝙ non prohibetur. glo. hic opponit de aliquibus legibus que videntur ꝓbare ꝙ ista exceptio intelligatur quãtum ad dominium sed ad omnes. Respondeo vno modo ꝙ hic fuit facta exceptio seu reseruatio non ꝑpter se sed propter seruitutem aque. ideo regulatur ẽm illam in quo principio propter se non regulatur ẽm importantiam verborum.

b ¶ Qd medium. adde Bal. in. l. si auia. C. de iu. de libe. ⁊ tex. i. l. j. C. de nat. li. Cur.

2 ☞ In perdenda vel admittenda seruitute an plus possit lapsus tpis ꝙ̃ pactum.

3 Mediũ inhabile impedit extrema coniungi.

4 Casus in quo vnum predium meum potest seruere alteri predio meo.

5 Quod ea que sunt necessaria in construendo sint etiam necessaria in destruendo.

1 **Tria predia.** † Seruitus acquisita per plura predia diuersorum nõ perditur in vno nisi perdatur etiam in alio. ho. et loquitur hic in traditione que fit propter redemptionem predij seruientis. idem in ea que fit propter negligentiam: vt. s. eo. l. vna est via. secus in illa que fieret per pactum: qr non potest perdi in vno licet nõ perdatur in alio: v t. j. queadmodũ ser. amit. l. nam satis. §. j. circa medium. Ibi possunt ta2 men ⁊c. † et sic in perdenda seruitute plus potest pactum ꝙ̃ lapsus tẽporis: vt patet ex illo ver. iuncta. l. vna. s. eo. sz in acquirenda econtra plus potest lapsus temporis: vt no. s. tit. j. l. sed 3 inter me. ⁊ allegatur ista. l. † ꝙ mediũ[b] inhabile impedit extrema coniungi. facit. l. j. §. j. j. de diuer. ⁊ temp. prescrip. ⁊ impedit fieri transitum de vno extremo ad aliud vt. l. diuo marco. C. de questio. ⁊. l. qui libertinus. §. posthu. j. de oper. liberto. facit. l. filius. §. sequens questio. j. de fal. ¶ In tex. ibi: vẽdidit ⁊ emptor volebat vti seruitute de fundo redempto per venditorem qui principaliter seruitutem debebat per fundum medium nõ dicens fundum venditum qui principaliter dominabatur et volebat transiuisse in eũ iure seruitutis: vt. s. eo. l. via. §. si fundus venditor vero et etiam dominus medij predij contradicebant asserẽtem illam seruitutem fuisse extinctam per redemptionẽ predij principaliter seruientis facta per dominum predij dominantis: vt. s. titu. l. si quis edes. ⁊ ꝙ per alienationem predij dominantis postea non reuiuiscit si non fuit actum expresse: vt ibi. Respondeo pro prima parte. nam qd supra dixit procederet si seruitus deberetur ab vno tãtum predio alteri predio. sed hic videbatur per plura predia ⁊ sic a principio non potuit acquiri in vno quin acquireretur etiam in altero: qr medium predium non seruiens impedit seruitutem acquiri: vt. s. eo. l. qui sella. in fin. ita et in ea perdenda requiritur ꝙ perdatur in omnibus prediis in quibus seu per que fuit acquisita. sed in casu isto non fuit perdita in predio medio: quia illud nõ fuit re4 demptũ. ergo nec in predio redempto. † et sic no. casum in quo vnum predium meum potest seruire alteri predio meo: quia predium redemptum seruit alteri predio non tamen vtor iure seruitutis in illo redempto: sed in meo predio non redempto si tamen postea efficiatur alienum predium dominans: ex tũc emptor vtetur iure seruitutis que ipso iure nõ fuerat extincta.

5 ¶ † Nota etiam ꝙ ea que sunt necessaria in construendo sunt etiam necessaria in destruendo. facit. C. de repu. aut. ibi posita vbi requiritur cõsensus patris in diuortio sicut requiritur in matrimonio cõtrahendo sed quãdo nõ omnia sunt necessaria lz fuerint adhibita similiter in destruendo non erunt necessaria: vt si abbas cum capitulo constituit syndicum cum posset solus in reuocando non requiriẽ capitulum qd dicvt no. Bar. in. l. actor. j. rem ra. habe. ¶ In fi. l. nisi eo tẽpore. ego intelligo hunc tex. non ꝙ requiratur ꝙ vt eodẽ tẽpore redimam vtrũꝙ predium sed ꝙ eodem tẽpore semel repertus sim dñs omnium istorũ prediorũ seruientiũ vna cum predio dominante. puta si primo redemi predium seruiens: postea prediũ mediũ anteꝙ̃ alienarẽ predium dominans. nam puto hoc sufficere lz iste tex. videatur innuere contrarium ꝙ eodem tempore debeam redimere. sed intelligo vt. s. dixi. ⁊ hoc probo qr in acquirẽdo sufficiebat ꝙ primo acquireret in vno: ⁊ postea in altero lz ex vltimo confirmareẽ prima: vt. l. qui fundũ. s. eo. ergo non dz sufficere in perdendo ꝙ diuersis tẽporibus redemerim omnia predia seruientia anteꝙ̃ desinam esse dñs predij dominãtis. si vera post tunc etiam si eo tpe redemerim non extingueret seruitus que iam transiuit in emptorẽ vna cum predio: vnde facto meo tolli non posset.

1 **Fundus.** † Tempore quo quis partẽ quã habet in re cõmuni tradit socio potest facere vt alia res sua propria illi seruiat: quia censeẽ collata seruitus in tps quo tota res illa erat socij. h. d. anteꝙ̃ ergo tradat nõ potest hoc facere. nam aut diceremus ꝙ ista seruitus acquirereẽ toti fundo cõmuni. ⁊ tunc acquirereẽ etiam parti sue qd esse nõ potest vt vna res sua seruiat alteri rei sue: aut diceremus ꝙ acquiraẽ solum parti socij pro indiuiso ⁊ hoc esset contra regulam que est ꝙ seruitus non potest acquiri vel imponi parti alicuius pro indiuiso cum illa non possit ad oculum demonstrari: vt. l. meuius. §. dolus. j. de lega. ij. et seruitus non potest exerceri nisi in parte rei demonstrabili ad oculum. ⁊ nulla pars potest ad oculum demonstrari que sit vnius tñ cum quilibet habeat partem in quolibet cespite, terre. ⁊ propter hoc videtur expresse reprobari id qd dicit Ange. in. l. sed si intra. s. ti. ij. ⁊ etiam tetigi in. l. si cum cõmuni. s. eo. ẽm eum. qr vult ꝙ etiam si ante cõmunionem possit fieri per pactum: vt res propria vnius ex sociis seruiat communi vel ecõuerso: qr concurrit consensus amborũ: ⁊ qr possent facere in quodam tertio. sed certe alia ratio est in certo in quo non habent locum ea que. s. dixi. ¶ In tex. ibi: per vicinum tuum ꝓprium sup. tradidisti. ⁊ sic eodẽ tpe tamẽ cẽseẽ per prius facta traditio partis tue. ⁊ sic totus fundus meus effectus ⁊ per posterius

sterius censetur cōstituta servitus de alio fundo tuo ad istum prius cōem nunc proprium meū. ad qđ vide qđ no. s. ti. j. ꝛ qui duas in glo. ꝛ hoc vult iste tex. in fi. ¶ In tex. ibi: neqꝫ respondet tacite obiectioni que posset fieri si diceretur constituta sit servitus te adhuc in cōmunione per id qđ. s. dixi. sed respōdet quomodo censetur constituta post cōmunionem dissolutam. ꝛ ideo non obstat.

1 **Cum essent.** †Tēpore divisionis potest agi vt fundus qui obuenit in partem vni serviat fundo qui obuenit alteri. h. d. Bar. lꝫ ergo fundus cōmunis nō posset servire alteri fundo cōmuni: vt. s. eo. l. si cōmuni fundo. potest tamē fieri cōferendo hoc in tps quo cōmunio erit dissoluta. et si fiat tēpore quo dissoluitur censetur tacite actum vt dicat factum ea dissoluta perfecta: vt. s. l. proxima.

2 ☞ Si concedis servitutem alteri de voluntate mea in fundo meo: vel super aqua que nascit in fundo meo illa cōcessio dicit fieri ab ipso domino. ꝛ nu. 4.

3 Si constituo procuratorē cum potestate substituendi: an talis postea substitutus cēseatur a me substitutus an a procuratore ꝛ quis effectus ex hoc resultet.

1 **Per plurium.** †Qui habet servitutē aqueductus non potest concedere haustum aque ex riuo nisi cum domino fundi serviētis pepigerit. h. d. facit. l. ex meo. s. eo. ¶ In tex. ibi: Quis respondet oppositioni que posset fieri cōtra id qđ immediate dixerat ꝙ interueniente pacto vel stipulatione possis hoc facere. nam ꝫm hoc si cōcedis vni ex dominis mediis per cuius predium ducis illud predium seruiet sibiipsi: qꝛ de aqua que iure servitutis ducit pro te accipietur iure servitutis pro eo. ꝛ hoc esse non potest ꝙ vnum prediū sibiipsi serviat. si vero concedis vni tertio erit dicere ꝙ sit servitus servitutis idest vsusfructus servitutis: nam tuam servitutem non transfert in illum sed concedis ibi cōmoditatem ex tua servitute que concessio est quedam servitus et hoc esse non potest: quia nō est dare servitutem servitutis nec vsumfructum servitutis cū vsusfructus sit servitus: vt. l. j. j. de vsufruc. lega. et ad istas opiniones non respondet iuriscon. sed

2 glos. respondet ibi sol. ad vtrūqꝫ. ex qua collige† ꝙ si concedis servitutē alteri de voluntate mea in fundo meo vel sup aqua q̄ nascitur in meo fundo illa concessio nō dicitur fieri per te qui non potes concedere in meo fundo: sed per viam cuius voluntate hoc fecisti. facit. l. item eorum. §. si decuriones. s. qđ cuiusqꝫ vniuer. no. ꝛ. l. vnum ex familia. §. j. j. de lega. ij. et quod no. glo.

3 in. l. apertissimi. C. de iudi. ¶ †Et hoc inducit glos. que semper allegatur ad questionem ꝙ possum constituere procuratorem cum potestate substituendi alium et non dicit gloss. plus istud potest intelligi duobus modis. Primo ꝙ dicto casu ille substitutus censebitur substitutus a me non ab ipso substituente qui hoc facit de mādato meo. ꝛ ex hoc sequuntur duo effectus. Primus ꝙ potest hanc substitutionem facere etiam anteqꝫ sit effectus dominus litis sed iure suo non potest nisi postqꝫ esset effectus dominus per contestationem litis. Secūdo sequitur ꝙ hoc casu si dubitatur de substitutione et producatur instrumentum cum potestate substituendi debebit substitutus cauere ꝙ principalis dominus habebit ratam substitutionem nō autem ꝙ ipse procurator substituens sed si non haberet potestatem substituendi et diceret se substitutum post litem contestatam. ꝛ sic ab ipso substituente deberet cauere ꝙ ille ratū haberet non principalis dominus. de his vide in. c. j. de procura. lib. vj. ꝛ qđ not. Bar. in. l. si procuratorē. §. j. j. manda. † Secun-

4 a do modo[a] potest intelligi gloss. ꝙ etiam si procurator primus constitutus cum potestate substituendi sit inhabilis nec possit esse procurator tamē virtute potestatis date poterit substituere. ꝛ ad hoc bene facit iste tex. qꝛ ille qui nō est dn̄s ꝛ sic est inhabilis ad cōstituendam servitutē in alieno fundo de voluntate tamen dn̄i constituere potest ꝛ censetur facta cōstitutio ab ipso domino. ꝛ ad hoc allegatur ista glo. ad quod vide per Cy. in. l. qđ quis. C. de procura. ꝛ per glos. in clemen. religiosus. eo. titu. qui allegant istam glo.

2 ☞ Servitus lꝫ nō possit constitui in parte ꝑ indiuiso potest tamē retineri. ꝛ nu. 3.

3 Si cōmunicas mihi fundū tuū servientem meo: quare remanet servitus nisi in parte tua.

1 **Unus ex sociis.** †Un⁹ ex sociis fundi cōmunis sicut nō potest servitutē ei imponere ita nec libertatē acquirere a servitute quā debet etiam a consocio nec etiā remittere servitutem ei debitam. h. d. ꝛ est valde subtilis. l. cum sua glos. Primo ponitur vnū dictum ad euidentiam vsqꝫ ibi: et ideo. Secundo ex illo infert ad casum. de quo queritur vsqꝫ ibi: Quis. Tertio remouet quandam oppositionem que fieri posset contra id quod dixerat. ¶ In text. ibi: quin servitutem pro parte retineri placet. i. dicere ꝙ iste servitutes quarū vna debebatur a fundo tuo fundo meo: ꝛ altera econuerso per cōmunionem factam inter nos de istis fundis nō fuerunt extincte: qꝛ licet nunc non possumus facere ꝙ vnus istorum fundorum cōmunium alteri communi serviat sicut nec ꝙ vnus fundus meus serviat alteri meo: vt. s. eo. l. si cōmuni. tamē ex quo erant constitute ante communionem non extinguūtur per cōmunionem postea factam: quia servitus erat iam constituta in fundo qui erat totus alienus si postea factus est meus ꝑ parte potest retineri ꝛ non extinguitur propter alteram partem que tibi remanet ratione cuius non dicitur res mea mihi servire ad aliena. ꝛ similiter illa que erat acquisita fundo qui erat in solidum meus si postea efficiatur tuus pro parte ratione alterius partis que mihi remanet retinetur: quia dicitur deberi

2 fundo meo ratione illius partis non tuo. ꝛ istud est dicere † ꝙ servitus licet non possit constitui pro parte pro indiuiso potest tamen retineri: vt. s. eo. ꝛ. l. fundus. ꝛ. l. vt pomū. §. fi. s. de servi. esse ergo questio potest ꝙ durat an ego possim remittere illam servitutem que debebatur a fundo quondam tuo fundo quondam meo ꝛ econuerso. et effectus est magnus. qꝛ si valet remissio ꝛ contingat ꝙ postea recedam⁹ a cōmunione ꝛ fundus quōdam tuus reuertatur ad te et meus ad me potero vti servitute in tuo et tu in meo absqꝫ eo qđ aliquid fuerit dictum tempore recessus al's secus. vt. s. titu. j. l. si quis edes. Item si contingeret ꝙ vnum de istis fundis cōmunibus alienaremus emptor in altero communi nobis remanente posset vti servitute si remissio non valuit al's secus. Et breuiter iurisconsul. respondet non tenere remissionem: qꝛ sicut ego non possum fundo quondam meo nunc effecto communi servitutem imponere. ita nec istam servitutem que ei debetur. et adhuc durat remittere vel tollere non possum et sic econuerso. nec tu potes fundo quondam tuo libertatem acquirere ab hac servitute. nam si ego nō possum ipsam servitutem remittere sequitur ꝙ nec tu ex ista remissione potes libertatem acquirere: qꝛ nisi extinguatur servitus non acquiritur libertas: vt. s. titu. j. l. si quis edes. §. fin. cum ibi notatis. ¶ In textu ibi: quāuis enim. pone casum sic: quia non difficilis est. nam videtur dicta determinatio procedere: quia supposito quod iste servitutes durent est necesse dicere ꝙ illa que debebatur a fundo quondā tuo fundo quondam meo debebatur mihi et non tibi: et econuerso illa que a fundo quondam meo fundo quondam tuo debebatur tibi et non mihi: quia nō possum mihiipsi debere. et si ita est videtur ꝙ possim ego primam remittere et tu secundam per regulam vnusquisqꝫ potest remittere ius suum. Ad hoc iurisconsul. respondet non esse verum ꝙ prima debebatur mihi et secunda tibi debebatur. imo cum sint servitutes prediales prima debebatur fundo quondam tuo fundo quondam meo: nunc vero cōmuni ꝛ econuerso. sed in fundo cōmuni nullus ex sociis potest aliquid facere solus ergo nec istam remissionem. et hoc intendit ꝛ est mirabile: quia in ea vterqꝫ sociorum cōsentit vnus in remittendo alter in recipiendo remissionem. ꝛ per cōsequēs ꝙ ille remittat quare ergo non tenet remissio inter eos cum si deberetur a fundo extranei possent ambo remittere. ꝛ sic videt hic casus contra Ange. vt dixi in. l. fundus. s. eodē. ꝛ rationem collige ex his que ibi dixi. Est enim mirabile, quare non potest vnus sociorum acquirere libertatem cum istud non tendat in preiudicium socij sed in vtilitatem certe non potest etiam servitutem ei acquirere: vt. s. de servitu. l. pro parte. et tamen hoc intendit in vtilitatē socij. est ratio quia per pacta imprimitur quidam character ꝛ quoddam ius in re cōmuni ꝙ ab vno tm̄ fieri non potest non ex eo ꝙ preiudicet socio: sed qꝛ in re aliena non potest quis facere predicta. et ista res communis dicitur aliena cum socius in quolibet cespite terre partem habeat. et sic non posset illi aliquid facere in aliena. Sed contra ꝙ possit prodesse: vt. j. si servitu. vendi. l. loci. §. si fundus. Sol. non potest acquirere servitutem vel libertatem ratione predicta: sed acquisita bene potest defendere agendo ꝛ sententiam obtinendo ꝛ proderit socio: quia per hoc nihil imprimit in proprietatē sed declarari facit iam impressam: vt. l. adeo. §. cum quis. no. j. de acquiren. rerū domi. ꝛ. l. heredes palam. §. sed si notam. j. de

3 testamen. ¶ †In glo. magna. ibi: quasi dicat occasione partis. istam tenet Barto. s. de servitu. l. pro parte. quod si communicas mihi fundum tuum servitutem occasione partis que tibi remanet servitus retinetur in toto fundo. et sic etiam in parte que mihi obuenit. et sic erit casus in quo res mea seruiet alteri rei mee propter adiunctionem partis tue que est inseparabilis a mea si sumus domini pro indiuiso. sed gl. tenet sequentem ꝙ imo remanet nisi in parte tua ne contingat illud incōueniens

a ¶ Scđo modo. adde tu an et qñ possum cōstituere pcuratorē habilem ad substituendū inhabilem vel ɔstituere inhabilē ad substituendū habilem. plene p do. Alex. ꝛ Fran. de are. in. l. j. §. item acqrim⁹. j. de ṽ. ob. ꝛ ibi vide do. Bar. sozi. seneñ. qui subtiliter loquitur. Cur.

ꝙ pars mea seruiat mihi. ⁊ si dicatur in parte pro indiuiso nõ potest constitui seruitus. Respondetur verum esse sed constituta in toto bene potest retineri in parte predicta. et ista opi. magis applaudet testibus. ¶ Circa fi. glos. ibi: emens ⁊ vendens loco vnius habentur no. ista glos. in hoc ver. tamen solutio ad cõtrariũ clarius colligitur ex his que dixi in. l. si cõmuni. §. eo. que est contra.

2 ☞ Prescriptio longi vel longissimi temporis cũ currit contra ignorantes tunc datur eis restitutio in integrũ infra quadriennium a die scientie cũ fuerit propter iustam ignorantiam impeditus agere.

3 Contra impeditum agere vel vti iure suo casu fortuito: vel de facto sine sui culpa currit prescriptio mero iure lʒ restituatur: sed contra impeditũ agere de iure: ipso iure nõ currit ⁊ quid si facto tertij. ⁊ nu. 5.

4 Iura non dicunt ꝙ qui negligit vti tanto tempore perdat seruitutem: qꝛ tunc non perderet impeditus vti: sed dicunt qui non vtitur.

5 Seruitus personalis potest retineri animo: sed predialis non.

6 Iuste deprecantibus non est denegandus assensus sed iniuste deprecantibus sic.

7 Ecclia destructa postea restituta recuperat pristina puilegia.

Si fons.

†Qui non vtitur seruitute per tempus debitum perdit eam lʒ fuerit impeditus sine sui culpa tamen tunc restituit in integrum propter iustum impedimentum. h. d. cum. l. seq. et semper allegatur ad hoc. vnde not.† ꝙ cum prescriptio longi vel longissimi temporis currat contra ignorantes: vt. l. fina. C. de prescrip. long. tempo. habet remedium ille contra quem currit vt propter iustam ignorantiam qua fuit impeditus agere: possit petere[a] restitutionem in integrum infra quadriennium a die scientie. et ita tenet Bart. in. l. j. §. si quis autem in venditione. j. de itine. actuq; priua. et no. per glo. in. l. si partem. j. queadmo. ser. amit. ⁊ in. l. si sic. in fi. magne glo. que incipit melior esset ratio durante autem ignorantia non curret: quia sicut restitueretur ad restituendum qđ esse non debet: vt. §. de mino. l. interdum. cum ibi no. ⁊ patet in l. fina. C. de tempo. in integ. resti. vbi non currit durante causa propter quam datur restitutio puta durante absentia ⁊ eodem modo durante ignorantia. ¶ †Item not. ꝙ cõtra impeditum agere vel vti iure suo casu fortuito vel de facto sine sui culpa currit prescriptio mero iure: licet restituatur: sed contra impeditum agere de iure ipso iure non currit. l. j. in fin. C. de annali excep. ⁊ ita no. Cy. per istum tex. in. l. j. in. iiij. oppo. C. de bonis ma. in. l. quoties. de precibus imper. offer. ⁊ isto modo soluitur contrarium gloss. ¶ †In tex. ibi: post constitutum tempus sʒ decennium quo si non vtitur seruitus perditur: vt. l. sicut. C. de serui. Et nota ꝙ non dicunt iura ꝙ qui negligit vti tanto tempore seruitutem perdat: quia tunc non perdet ille qui est impeditus vti cum non sit negligens: sed dicunt de illo qui non vtitur vnde perdit mero iure: vt patet in. l. sequenti. ¶ †In tex. ibi: amiserunt. Sed contra. §. de vsufruc. arboribus. §. de illo. Sol. ibi in seruitute personali vsufructus debita in seruo que non perditur si seruus sit in fuga ne malitia eius noceat: vel dic qđ illa retinetur animo: quia debetur persone et sic censetur esse in possessione licet non vtatur si est impeditus vti. sed seruitus predialis non retinetur animo: quia non debetur persone. ¶ Item cõtra de. l. fina. j. de eo per quem fac. erit. Solutio hic fuit impeditus vti casu fortuito et sic non habebat regressum contra aliquem ad interesse. secus si facto tertij contra quem haberet regressum: quia tunc currit ⁊ non restituitur sed agit contra impedientem vt ibi: sed quid si facto aduersarij sit impeditus videtur quod ipso iure non currat tempus: vt. l. intra vtile. §. de minori. et. l. fina. cum ibi nota. C. de adulte. vel dic ꝙ loquuntur in prescriptionibus preiudicialibus: vt ille nõ currant quando facto aduersarij fuit impeditus agere: puta tempore appellationis prosequende vel alio simili impeditus est agere. secus in extraiudicialibus quia currunt ⁊ datur restitutio. ⁊ hoc magis placet. ¶ †Et nota hic ꝙ iuste deprecantibus non est denegandus assensus. facit. l. ij. §. de his qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ econtra iniuste deprecantibus denegandus est assensus. j. ne quid in flumi. publ. no. l. j. §. si quis velit. †Et etiam in argu. iste tex. cum gloss. in fi. ꝙ ecclesia destructa postea restituta[b] recuperat pristina priuilegia. ad hoc. §. titu. j. l. seruitutes. §. si sublatum. ⁊ adde qđ not. Innocen. in. c. cum ex iniuncto. de oper. no. nuntia.

[Margin notes:]

a ¶ Possit petere. Adde ꝙ hic idẽ dicẽdum vr in prescriptione statutaria p ea q̃ ponit Ioan. de imol. i. c. si. char. iiij. de pscrip. et adde hic q̃ ponit Alex. de imo. in d. §. si qs. i addi. ad Bart. ⁊ vltra ibi allegata per eũ vide i pposito: q̃ late habes p Fely. in. c. vigilãti. de pscrip. et ibi dicit op. bar. cõem quã limitat septẽ modis. Cur.

b ¶ Postea restituta. adde Bar. ⁊ Alex. ⁊ doc. i. l. inter stipulantẽ. §. sacrã. de vẽ. ob. ⁊ ibi p Alex. con cor. ⁊ limi. ⁊ addõ idẽ in castro vel ciuitate. ita Bal. in ti. de pa. cõstã. §. nos romanorũ. et adde eũdẽ Alex. i cõsil. xliij. in. j. vol. et ibi ꝙ si est castrũ destructũ ita ꝙ nõ sit spes refectionis qđ pdit puilegia et lʒ sit destructũ si tamen alibi sit redificatum ꝙ retinet ⁊ recuperat priuilegia alle. Inn. in. d. c. cũ ex iniũcto. ⁊ adde Flor. i. d. §. si sublatũ. Cur.

c ¶ Et p hũc text. adde Flo. de sancto Petro hic. ⁊ Cepo. in tracta. serui. vrb. pdio. Cur.

d ¶ Cõcessio seruitutis qñ dicat realis: et quãdo predialis.

2 ☞ Pactum factum in diuisione vel venditione ꝙ vnus fratrum cui obuenit curtis non possit ibi edificare sub certa pena promissa fratri ꝙ sit seruitus predialis ⁊ trãsitoria in singularem successorẽ lʒ pena non transeat.

Cum fundo.

1 †Stipulatio penalis ad personam relata nõ facit vt concessio que de sui natura importat seruitutem realem intelligat concessio personalis. ⁊ ideo trãsit cum fundo in singularem successorem. hoc dicit. Accessorium ergo non imitatur naturam principalis. qđ intelligo quando certa est illa natura: sed si esset dubia tunc quia ex hoc iudicio dubia declarantur. l. si seruitus. §. fina. j. de lega. j. faceret intelligi ẽm naturam accessorij sic etiam accessorium non roborat principale. l. nuda. C. de cõtrahen. ⁊ cõmit. stipu. l. si pacto. C. de pact. ¶ In text. ibi: aqueductus. per hoc apparet ꝙ certa erat natura cõcessionis facte: qꝛ fuit facta iure seruitutis qđ quãdo intelligitur dic vt. j. l. pxi. in fi. l. ¶ In text. ibi: ad personã emptoris. qꝛ promisi tibi penam si te impedirem vti hac seruitute vnde per hoc videbat concessio forte personalis sed contrariũ est. ¶ Sed queritur an ad emptorem transibit hec stipulatio si ipse impediatur vti seruitute. Respondeo non nisi fuerit cessa licet ipse emptor pro seruitute que transiuit ad eũ cũ fundo habeat cõfessoriam ne impediatur in ea: qꝛ stipulatio penalis nõ coheret fundo sicut seruitus. ⁊ de hoc habes tex. cum glo. ꝙ sit necessaria cessio et ꝙ venditor teneat cedere. j. de verbo. obli. l. si sub vna. §. fi. †Et per hunc[c] tex. consuluit Bal. vt dicit Ang. cum duo fratres diuisissent inter se bona ⁊ actum fuisset ꝙ ille cui obueniret quedam curtis non posset ibi edificare sub certa pena quam promisit fratri ꝙ ista est seruitus predialis: ⁊ sic transit in illum in quẽ transit curtis vt edificare nõ possit non tamen ille incidet in penam si contra facit qꝛ ipse non promisit penam sed facit vt venditor qui promisit incidat in penã iuxta not. in. l. iij. §. qui opus. §. de alie. iudi. ad quod facit. j. de serui. expor. l. pe. ⁊ si fuit actum inter emptorem ⁊ venditorem ꝙ non posset edificare recuperabit venditor penam ab emptore qui fecit contra pactum.

2 ☞ Confessio quando dicatur seruitus predialis ⁊ quando sit personalis respectu fundi.

Lucius.

1 †Indeterminata concessio respectu fundi dominantis determinanda per eum cui fit facit vt non importet seruitutem predialem: sed dicatur concessio personalis: licet si fuisset determinata importaret seruitutẽ. hoc dicit notabiliter multum. et sic declara ⁊ limita. l. precedentem vbi determinata fuit respectu certi fundi. ¶ In text. ibi: ius aque fluentis. ista verba faciebant ꝙ ista concessio importaret seruitutem predialem que dicitur ius non facultas mera vt. j. titu. proxi. l. ij. in fi. sed qꝛ talis seruitus requirit certum fundum dominantem et hic non erat dare certum: qꝛ concessit vt ducas in domum tuã aut vbicunq; vis propter hoc vltimum reputatur potius personalis concessio que habet similitudinem cum vsu ⁊ sequitur ⁊ sic non transibit ad heredes tuos nec ad singularem successorem vt sequitur: ex parte vero concedentis quousq; viuat ille cui facta est concessio non videtur extingui per mortem eius: sed transire in heredes sicut nec seruitus vsusfructus vel vsus extinguitur morte cõcedentis nisi etiam appareat personalis ex persona sua vt si dixisset promitto me non impedire te quominus aquam ducas. nam tũc videretur personalis ab vtraq; parte. 2 †Et aduerte ad vnam distinctionem valde notabilem ⁊ singularem quando dubitatur: an aliqua concessio[d] dicatur seruitus predialis: quia non fuit dictum expresse iure seruitutis. nam aut sonat in simplicem pactum puta concedo tibi ire ⁊ agere per fundum meum vel inde arenam vel saxum fodere vel euellere. ista enim verba infinita sonant in actum facti et tunc non est concessio realis etiam si facta fuerit occasione predij: sed est personalis: vt. l. apud iulianũ. §. si quis alicui. de lega. j. et probatur in. l. ij. §. item si in facto. de verbo. obli. vbi dicitur ꝙ est stipulatio facti non dationis: sed si contineret seruitutem diceretur etiam dationis: qꝛ seruitus datur et in alium etiam transfertur sicut dominium. ad quod etiam vide qđ no. Barto. in. l. stipulatio ista. §. si quis ita. j. de verbo. obli. ⁊ idem si verba consonantia in actum referantur ex parte concedentis: puta promitto tibi non tenere fenestram in pariete meo vt non sit seruitus ⁊ sic alienus emptor poterit tenere: quia non transit cum hoc onere. ita determinat Specu. notabiliter in ti. de emp. ⁊ vendi. §. j. ver. pone. P. cauit vicino. Aut verba concessionis sonant in ius vt concedo tibi ius eundi per fundum meũ vel aquam ducendi. ⁊ tunc aut respectu certi fundi tui. et dicitur seruitus predialis ab vtraq; parte: vt. §. l. proxima. ⁊ l. pecoris. cũ. l. seq. §. eo. nisi qualitas persone eius cui fit cõcessio ⁊ qualitas eius qđ conceditur videatur in cõtrarium: vt. l. pater. de seruitu. lega. aut fit non respectu certi fundi sed respectu fundi certificandi per eum cui fit: ⁊ tunc dicitur cõcessio personalis prout est casus notabilis hic. ⁊ vide Bart. in. d. l. pater. j. de ser.

de ser.leg.sed quid si sonant impotentiã puta vt possis vel non possis. Respondeo puto dicendum q si negat iure puta concedo tibi vt ego nõ possim edificare in meo altius ne luminib⁹ tuis officiam ⁊ tunc erit seruitus postq̃ aufero mihi potentiã ⁊ sic ius edificãdi:vt.l.altius.§.de serui.aut affirmatiue ⁊ tunc aut per nomen qđ significat substantiã: vt puta cõcedo potentiam eundi vel aquã ducendi de fundo meo.et idẽ aut per verbum qđ significat actũ vt cõcedo tibi q possis ire agere p fundum meum ⁊ tunc erit cõcessio personalis:q2 sonat duntaxat in factum:vt.d.l.ij.§.si in facto.de verbo.oblig.idem si fiat per verbũ facultatis vt cõcedo tibi facultatẽ eundi.tene mẽti perpetuo:quia ista sunt necessaria pro tota materia seruitutum.et ideo sis cautus qualiter facias cõcipere verba instrumenti:q2 ista sunt magni effectus propterea que dixi de transact.in singularem successorem.

2 Sicut possum acquirere seruitutem transeundi de fundo tuo ad meum ita ⁊ transeundi de fundo meo per tuũ ad viã publicam vel ciuitatem.

3 Locus publicus medius inter fundum tuum ⁊ meum licet nõ impediat seruitutem itineris de meo ad tuum tamen flumen publicum quod non transitur nisi nauiculis vel in pontibus impedit.

4 Quedam prohibentur incohari:que incohata non prohibent continuari.

Seruitus vie finitur: cum peruenitur ad locũ qui non seruit vel seruire non potest.

Strata publica finitur cum intrat ciuitatem.

1 Flumine publico. †Flumen publicum quod vado vel ponte non transitur sed nauiculis vel pontonibus medium inter predium meum ⁊ tuũ impedit constitui seruitutem itineris de meo ad tuum: sed si sit medium inter tuum qđ est citra flumen ad alienum vel etiam tuũ qđ est vltra flumen non impedit seruitutem incohatam in tuo quod est citra continuari ad alium qđ est vltra.h.d.in effectu ⁊ est difficilis tex.Et pone casum ƀm primam lectu.glo.⁊ diuide eam in tres partes.q2 primo determinat primum casum qñ erat medium inter meum ⁊ tuum vsq3 ibi:alioquin. Secundo format duo alia.s.quando erat medium inter tuum ⁊ alienum vel inter tuum ⁊ aliud tuum vsq3 quasi ad finẽ.ibi:quod sic ⁊c. Tertio respondet ad hanc predictã questionem que ratio locũ habet etiam in prima et multomagis ƀm glos. In tex.si per vnius predia quasi dicat predicta locum habet quando ex vna tantum parte fluminis sunt predia seruientia seu seruire debentia ⁊ ex altera predium dominans vel dominari debens.si autem ab vtraq3 parte fluminis sunt predia seruientia vel seruire debentia tunc sequitur videndum quid iuris in versicu.si alioquin. In tex.ibi:ad viam publicam ad hãc questionem non respondit hic sed interserit aliam in sequen.versicu.sed videamus.in tex.ibi:q2 via.ego intelligo tex.aliter q̃ gloss.q iurisconsultus vult hic arguere ad partem negatiuam in istis duabus questionibus: q ista seruitus nõ possit continuari in predio qđ est vltra flumen licet sit cepta in eo qđ est citra ipsum q statim peruenitur ad flumen quod pontonibus aut nauiculis trahitur ⁊ extinguitur sicut extinguitur cum peruenerit ad viam publicam vel ad ciuitatem: quia per illa loca licitum est cuilibet transire iure facultatis non iure seruitutis. si ergo est extincta non potest continuari ad aliud prediũ quod est vltra: imo debet incipere de nouo et hoc esse non potest vt in primo casu.l. In text.ibi:q sic.hic respondet contrarium q postq̃ est incepta in predio tuo qđ est citra iuxta meum et habet continuari in alio quod est vltra. et hoc casu non finitur tali flumine: ideo durat et continuatur ad aliud predium quod est vltra: puta si vltra flumen esset via publica non predium priuatum: tunc seruitus cepta in tuo qđ est citra finiretur statim

2 q perueniretur ad flumen. †Nota primo ex hac lege q sicut possum acquirere seruitutem transeundi de fundo tuo ad fundum meum ita et transeundi de fundo meo per fundum tuum

3 ad viam publicam vel ad ciuitatem. †Item nota q licet locus publicus medius intra fundum tuum ⁊ meum non impedit constitui seruitutem itineris ⁊ eam incohari in fundo tuo. l.seruitutes.§.publico.§.de seruitu.Flumen tamen publicum bene impedit si non potest transire nisi nauiculis vel pontonibus: quia seruitutes in his in quibus quis sine difficultate et

4 adiutorio alieno vti non potest:vt hic est casus. †Item not. q quedam prohibentur incohari vt in prin.que incohata non prohibentur cõtinuari vt in fi. Ultimo nota q seruitus vie finitur cum peruenitur ad locũ qui non seruit vel seruire non

a potest.⁊ videtur per istum text.q strata publica[a] finiatur cum intrat ciuitatẽ. de hoc vide per Bar.in.l.fi.ĵ.de via ⁊ iti.publi.co.glos.omnes que hic tẽdunt ad declarationem litere q̃ satis patet ⁊ clarius ex predictis.

Cõia prediorũ tam vrbanorũ q̃ rusticorũ. Rubrica.

1 Que dicantur edificia vrbana et que rustica: et qualiter prescribantur.

2 Si eram in quasi possessione eundi per fundum tuũ non tamẽ habebam fundum vicinum.⁊ sic seruitutem predialem q saltẽ habebo interdictum posses.de itinere actuq3 priuato vt in illa quasi possessione tuear.

1 Dificia. †Quero circa primũ casum istius legis. quid si edificio vrbano existenti in villa debeatur seruitus a predio rustico: an dicetur vrbana vel rustica. Respondeo vrbana censeretur facta denominatione a digniori:vt.§.titu.ij.l.ver.item stillicidium.vbi seruitus stillicidij que debetur ab area edificio vrbano dicitur vrbana et tamen area potest dici predium rusticũ quia vrbanum non est nisi edificium.et ita ibi no.Angel.⁊ hoc est vtile propter id quod habetur eodẽ titu.l.hec autem. quia aduersus seruitutem vrbani predij non prescribitur nisi interueniente facto prescribentis et bonafide et sic prescribendo libertatem sed aduersus seruitutem predij rustici nõ requiritur factum prescribentis: sed sufficit negligentia non vtentis vt perdatur: nec etiam requiritur bona fides in domino predij

2 seruientis:vt.l.sequitur.§.si viam.ĵ.de vsuca. †Circa secundum casum quero quid si eram in quasi possess.eundi per fundum tuum:q2 iueram.xxx.vicibus te sciente ⁊ patiente non tamen habebam fundum vicinum ⁊ sic non poteram habere seruitutem predialem: vt hic saltem habebo interdictum possessionis de itine.actuq3 priua.vt in illa quasi possessione tuear et defendar videtur q non: quia vbi non est dari petitorium nec possessorium: vt.l.fina.ĵ.quorum bono.contrarium dic vt.l.j. §.si quis autem.ĵ.de iti.actuq3 priua.quia saltem possum habere quoddam ius personale: vt.l.pomũ.cũ ibi not.§.de serui. in cuius quasi pos.sum defendendus sicut in quasi pos.seruitutis.⁊ hec est ratio illius.§.

a Qđ strata publica. adđ Bar. Lepo. veronẽ. ĩ tracta. de serui. rusti.ĩ ti.de via. Cur.

2 Quilibet potest iure facultatis vti aqua fluminis publi. ad vsum publi.nõ destinata si flumen non est nauigabile. Quid in aqua ex castello.

3 Si acquiro seruitutẽ in loco publico te cõcedente vel patiente licet iure seruitutis hoc facere nõ potuerim in loco publi.non tamen potes mihi cõtradicere.

1 De aqua. †Licet priuatus in flumine publico vel alia aqua publica ad publicum vsum destinata nõ possit concedere seruitutem quia ad solum principem hoc pertinet si tamen concessit non potest venire contra rationem sui singularis interesse ⁊ contra eã defendendus est ille cui concessio facta est.h.d.

2 No.† ⁊ intellige de flumine publico nauigabili[b] alias quilibet

b potest vti aqua dicti fluminis non iure seruitutis: sed iure facultatis:sicut ire per viam publicam sine concessione alicuius: vt.§.titu.j.l.aquam.l.quominus.ĵ.de flumi.⁊.l.viam publicã. ĵ.de via publi.in aqua vero ex castello secus. quia illa est deputata ad vsum publicum: ideo solus princeps potest: vt.l.j.§. antepenul.ĵ.de aqua quoti.⁊ esti. In glos.ibi:nõ defenditur nisi contra ducentem quasi dicat nõ aduersus rem publicam. Sed de eo qđ no.gl.§.de pact.l.iurisgen.§.si paciscar.super ver.non liceat. vbi gloss.vult q etiam ipse idem qui concessit vel pactus est possit venire contra ex quo pacto non voluit in preiudicium reipubli.sed nomine publico ⁊ pro publica vtilitate potest ibi.sed nomine suo ⁊ priuata vtilitate non potest.ita intelligo hic.nam iste cõcedens habebat predium iuxta istam aquam publicam ⁊ concessit alteri vt in illo predio posset con-

c struere artificium cum rota per quam aquam hauriret:[c] vnde non potest venire cõtra propter suum commodum.Sed quid si dicat se facere nomine publico. Respondeo adhuc si pretendit priuatam vtilitatem diceret ista verba apponi videri in fraudem: quia magis videtur prosequi propriam vtilitatem quã publicam.ideo non potest venire contra.secus si non pretendat priuatam vtilitatem. et ita loquitur gloss.ordinaria.et per istam legem ƀm istam primam legem que est notabilis con

3 cordant cum eadem.l.venditor.in princi.ĵ.eo.†patet q si duco aquam per quandam clusam per viam publicam vel alium publicum locum te vicino cõcedente vel patiente licet iure seruitutis facere hoc non potuerim: vt.l.seruitutes.§.publico.§. de serui.tamen non potes mihi contradicere licet respu.possit similiter si concessisti mihi vt possim facere pontem super viã publicam de domo mea ad domũ tuam.l3 facere potuissem in

b Nauigabili. Adde circa hoc que ponit Bar. ⁊ doct.sequunt ĩ l.quomin⁹.ĵ.de flu.Bal.ĩ rub.§. de re.diui.Lep. in tracta.de ser. rusti.pđ.in ti.de aq̃ du.col.xxiij. ⁊ Alex.de imo.ĩ cõsi.clxxiij.in.ij. volu.Cur.

c Aquã hauriret. Adde q qñ istã seruit⁹ aque hauriẽde est cõcessa alicui respectu certi fũdi tũ talis seruitus dr̃ p̃dialis.ita Bal. ⁊ Flo. in.l.luci⁹. al's querit.§.tit. pri.⁊ Bar.i.l.cũ fundo.eo.tit.⁊ p Lep.tract.serui. vrb.pre.c.xxxvij. Cur.

preiudiciū publi. non potes mihi cōtradicere. similiter si concessisti mihi vt possim facere molendinum in flumine publico supra molendinū tuum lʒ non pertineat ad te hoc cōcedere in flumine publi. tamen ratione priuate vtilitatis et in tui preiudicium potuisti hoc concedere[a] et non potest venire contra ſm doct. Barto. ꝛ Ange. ¶ In glos. ibi: sed eo sciente accepi. ista. l. non placet. qꝛ hoc sufficeret vt seruitus esset mihi iure acquisita sicut per expressam traditionem ꝛ sicut in dominio rei corporalis. l. quedam. §. de rei vendi. ꝛ est casus. j. titu. j. l. si a te. vnde text. male diceret dum dicit licet seruitus de iure non valuit. et etiam statim sequitur in gloss. ꝙ aduersus omnes est defendendus quod non esset si non valeret sequens non potest esse bona per quam limitatur. l. foramen. licet in aqua non perhenni non possit constitui seruitus que ꝓprie est seruitus. si tamen constituitur defendendus est quis in illo iure ac si esset proprie seruitus.

a ¶ Concedere. Adde qđ ponit Bar. in. l. quominus. in. j. qō. j. de flu. Bal. in rub. de rer. diui. col. iiij. ꝛ Alexan. de imo. i ꝯs. clxxiij. in. ij. volu. et do. Sig. de homo. i ꝯs. xxxiiij. icipi. ex quodā flumine pub. Cur.

1 **Caueri vt.** † Post monumentum constructum non potest limitari mensura vel numerus sepeliendorum. hoc dicit Barto. Uidetur ergo per hanc legem ꝙ si religiosi concedāt mihi vt in aliquo loco ecclesie possim facere sepulturam pro me ꝛ meis ꝛ ibi incepi sepelire si postea conueni cum eis ꝙ non possim sepelire nisi vsqꝫ ad certum numerum et ꝙ non possim ibi construere monumentum cum lapidibus nisi vsqꝫ ad certam mensuram: ꝙ ista conuentio non valet ꝛ ꝙ possim sepelire quot volam ꝛ etiam ornamenta lapidum facere prout decet vt. j. de mor. infer. l. j. §. interdum. non obstante contradictione illorum. sed si vellem vltra condecentiā possem prohiberi. ar. §. de serui. l. si cui.

1 **Proprium.** † Alteri ꝙ̄ sibi non potest quis seruitutem acquirere nec etiam fundo communi ꝛ in contractibus habet locum ius accrescendi. h. d. Bart. primū dictum intellige quādo simpliciter alteri stipulatur vel acquirit. secus si procuratorio vel gestorio nomine illius. nā tunc valet si habet mandatū vel si ratificatur. vt in simili no. glo. in. l. huiusmodi. j. de lega. j. in princi. vltimū autem dictum reprobatur hic per Angel. ꝛ bene qꝛ cum seruitus sit ius indiuisibile[b] ꝛ cuilibet ex pluribus debeatur insolidum ex propria natura ipsius nō est tractandum de iure accrescendi et non decrescendi sicut nec de constitutione duorū reorū. ista eñ locum habent in his que de sui natura diuidua sunt non indiuidua: vt etiam idem Barto. no. in. l. eadem. de duob⁹ reis. et. l. ij. item si in facto. et. §. ex his. de verbo. oblig. ¶ In tex. ibi: vt mihi ꝛ vicino seruiat. i. predio meo proprio. Item vicini proprio et hoc casu valet quo ad me nō quo ad vicinum. ꝛ sic aditio vicini pro superuacua habetur et non vitiat contestationem quantum ad me. sed in secundo casu cum venditionem vel proprium non curo hoc acto ꝙ seruiat alteri communi tunc aditio socij vitiat totum: quia fundo cōmuni sine voluntate socij non possum acquirere nec respectu partis sue nec respectu partis aliene: vt. §. de serui. l. pro parte. ꝛ hoc vult glo. fi.

b ¶ Indiuisibile. Adde Bar. in. l. via. in. l. cū fili⁹. ꝛ in. l. ꝑ pre. §. de ser. ti. gñali. et in l. stipulationes non diuidunt. j. de v̄. obl. ꝛ Alex. de imol. i. d. §. ex his. ꝛ ibi Mod. Cur.

2 ☞ Diuisio facit de vno duo. et sic de vno fundo vel qualibet parte duos vel duas: ꝛ quelibet pars fundi erit fundus.

3 Facilius fit diuisio fundi ꝙ̄ dom⁹ qꝛ fundi potest fieri sola destinatione verbali sed domus nō nisi parieti intermedio.

1 **Si quis.** † No. in hac. l. vsqꝫ ad. §. si duas talem diuisionē. nam aut trado vnū fundum et alterū retineo. Et possum facere ꝙ alter alteri seruiat tempore traditionis quo desinit esse meus; ante vero non quia res mea nō potest alteri rei mee seruire. quod dic vt. §. tit. ij. l. ꝛ qui duas. in glos. que hoc declarat. ꝛ vide Barto. in. l. ꝙ cōclaue. j. de dam. infec. interdum ambos fundos trado diuersis personis simul ꝛ eodem tempore: ꝛ tūc facere nō possum etiam tempore traditionis quod alter alteri seruiat. per id quod habetur. §. l. ꝓxima. sed si in diuersis temporibus: tunc tempore quo trado primum possum facere ꝙ seruiat alteri qui adhuc est meus ꝛ illum postea alteri tradere cum illo iure quesito: vt. j. eo. l. si cum duas. in fi. qui debe cōiungi cum isto versicu. duas. aut interdum trado partem vnius et alteram partem reseruo tunc distinguitur an tradam partem pro indiuiso: non possum facere ꝙ seruiat alteri pro indiuiso: quia non cadit in parte pro indiuiso. vt. l. pro parte. §. de serui. ꝛ. l. ij. ꝛ quod ibi dixi. aut pro diuiso. et tunc quia de vno fundo efficiuntur duo bene potest fieri. ¶ † Not. ergo. §. si quis partē diuiso. facit de vno duo ꝛ quelibet de vno fundo duos et quelibet pars fundi fundus erit: vt. l. plane. la. j. in fi. de lega. j. potest tamen interdum diuidi fundus[c] remanente vnitate: vt no. glo. in. l. recte dicimus. j. de verbo. signifi. ꝛ Barto. in. l. stipulationes non diuiduntur. in. j. q. j. de verbo. obliga. facit. l. caius. j. de lega. ij. ¶ † Nota etiam ꝛ ad hoc semper allegatur iste tex. ꝙ facilius fit diuisio fundi ꝙ̄ domus. nam fundi potest fieri sola destinatione verbali: sed domus non nisi interueniente facto: idest appositione parietis in medio. et ratio est ſm Cyn. qꝛ in fundo potest quis vtilitatem percipere pro parte absqꝫ eo qđ fiat expressa diuisi. secus in domo vbi vsus nō potest haberi pro parte nisi facta intermediatione. sed istud videt̄ procedere in vna mansione sed si in eadē domo sunt plures mansiones distincte non video quare non possit fieri puta ꝙ talis et talis camera ꝛ sala sint talis et altera talis. posset tamen dici ꝙ etiā tunc remanebit vna domus nisi fiat intermediatio per parietem ita ꝙ alter pro parte alterius non possit conuersari nec trāsire. ꝛ hoc forte vult iste tex. pondera.

c ¶ Fūdus. adde qđ licet sit ꝓhibita diuisio fundi poterit tñ diuidi per sepes ꝛ fossata gr̄a vberioris culture Bar. i. l. quēadmodū. C. d agri. ꝛ cēn. li. xi. ꝛ in. l. si sol. j. de acq. here. ꝛ Pau. de ca. in cōsi. clxxvij. p l. cai⁹. j. de leg. ij. Cur.

2 ☞ Exceptio de eo qđ non reperitur in veritate et sic obscura nihil operatur.

3 Verba plata ad cōseruandū aliquid qđ fit de presenti inducūt constitutionē de nouo.

4 Si quis ingrediatur fundum animo retinēdi possessionē quā habet ꝛ nullam habebat: an iste actus inducat acquisitionem de nouo.

5 Si vendidi tibi fundū cū fructibus pēdentibus saluo iure coloni cū tamē nullus esset colonus sed ꝑ meipsum laborauerā: an possim aliquid retinere de fructibus.

6 In contractibus attenditur causa propter quā verba fuerunt prolata vt per hoc magis stetur intentioni partium ꝙ̄ ꝓprietati verborum.

1 **Si in venditione.** † Venditor qui post venditionem dicit rem vēditam debere seruitutem licet nullam debeat non tenetur rem liberam tradere: licet potest petere vt sibi vel alteri constituatur. et si specificauerat personam certam non potest eam constituere alteri quin tenetur ad interesse. hoc primo. et si hoc dixit tēpore traditionis potest agere contra emptorem vt sibi vel alteri constituat. hoc secundo. predicta vera si sciebat nulli debere seruitutem. et sic animo constituendi de nouo censeatur illud dixisse. secus si credebat vel dubitabat alteri deberi cum nulli debetur: quia tūc transire debet libere. hoc tertio. et vtile est in primo casu specificare speciem seruitutis ne ex nimia generalitate dicta exceptio reddatur dubia de validitate. hoc quarto et vltimo. dicit ista. l. cum principio. l. sequen. cum quibus iunge. l. quicquid. j. eo. que limitat et declarat. quia primus et secundus casus loquitur quando assertiue fuerunt prolata verba predicta secus si conditionaliter quia tunc si nullam seruitutem debet: trāsire debet libera ꝛ nulla seruitus potest retineri: vt ibi. ꝛ ista est lex notabilis ꝛ prima facie quilibet diceret cōtrarium. ar. l. si quis ita legauerit. et. l. titie textores. j. de lega. j. in quibus habetur

2 ꝙ † exceptio que non reperitur in veritate nihil operatur et sic excipiebatur seruitus debita ꝛ tamen non reperiebatur alicui debita. ideo videbatur exceptio inutilis. sed dic qđ in. l. si quis ita legauerit. excipiebatur tale quid quod nō erat in potestate excipientis solo verbo in esse producere: quia dicit exceptis vineis hic poterat in esse produci solo verbo vtriusqꝫ partis. Item in. l. titie textores. erat tanta obscuritas que non poterat declarari per suas species sʒ hic poterat. ꝛ primo loquitur quando tempore venditionis et ante traditionem fuerunt dicta illa verba vsqꝫ ibi: si quis. et tunc operantur retentionem. Secūdo quādo tēpore traditionis ꝛ tunc producunt actionem vsqꝫ ibi: hec ita. Tertio limitat ambos casus vsqꝫ ad. l. in tradendis. Quarto cōsulit per quem modum fiet dicta exceptio.

3 ¶ † Nota ex primo ꝛ scđo casu ꝙ verba prolata ad conseruandum aliquid qđ fit de presenti inducunt cōstitutionē de nouo. si eñ dixi rem venditam debere seruitutem verba ista de proprio significatu censentur apposita ad conseruandam seruitutem iam constitutam ne venditor teneatur si reperiatur rem debere seruitutem: vt. l. j. §. j. j. de actio. emp. ꝛ tamen si nullam seruitutem debet operatur vt possit peti ꝙ constituat̄ de nouo. ꝛ in hoc habeat locum retentio ꝛ actio quod est mirabile. ꝛ hoc facit contra glos. que est in. l. iij. in princi. de acquirē. posses. que

4 vult † ꝙ si quis ingrediatur fundum animo retinendi posses. quam habet si nullam habebat iste actus non inducit acquisitionem de nouo. sed illam glo. reprobat ibi Barto. ꝛ tenet contrarium ꝛ credo ꝙ alleget hanc legē principaliter ad hoc ꝓpositum.

5 † Item per hanc legem determinatur questio si vendidi tibi fundum cum fructibus pēdentibus saluo iure coloni cum tamen nullus esset colonus sed per meipsum laborauerā queritur an possim aliquid per me retinere de fructibus. si eñ illa verba non fuissent apposita nihil possem retinere: quia tales fructus cedunt in vēditione fundi: vt. j. de act. emp. l. iulianus. §. si fructibus. similiter videtur ꝙ nec veniant postꝙ̄ nō reperiatur colonus.

riatur colonus.argu.d.l.si quis ita legauerit fundum exceptis vineis.ff.de lega.j. In contrarium facit.l.sed solue.cum distinctione que colligitur ex hac.l.ex princi.et fi.vt not.Bartol.post Jaco.de are.in.d.l.si quis ita.et facit ad hanc legem.l.minor.§.fina.cum ibi no.in glo.vbi omnino.vide.ff.de euic. ¶ †Ultimo no.fi.istius legis cũ glo.q̃ in cõtractibus attẽditur causa propter quã verba fuerunt prolata vt per hoc magis stetur intentioni partium que colligitur ex materia loquendi q̃ proprietati verborum sicut in vltimis voluntatibus in quibus magis attenditur intentio testatoris quãdo de illa cõstat q̃ ꝓprietas verborũ:vt.l.fideicõmis.§.hec verba.et.§.item si quis.de leg.iij. et.C.de fideicõ.l.cum virum. et ad hoc.ff.ad exhiben.l.penul.C. que res pigno.obl.pos.l.fin.et.l.semper in stipulationibus.ff.de regu.iur.et.ff.de verbo.oblig.l.ita stipulatus.ver.sabinus.ibi et sententia contrahentium.

2 ☞ Si vendidi tibi predium meum ad quod non poterat transiri nisi per alium medium predium non videtur actum: vt illud debeat tibi seruitutem nisi illud fuerit dictum expresse et quid in legatis.

In tradendis. Interpositis.

1 †Medium predium qđ nõ seruit impedit seruitutem constitui si per ipsum vel in ipso nihil est fiendum ad vsum seruitutis:sed si aliquid est fiendum impedit quousq̃ etiã in illo seruitus acquiratur et hoc quando est cuiusdam extranei.sed si est dñi predij dominantis indistincte non impedit et tunc si alterũ eorũ alienat nõ extinguitur seruitus sed interpellatur.i.vsus impedit quousq̃ in alienato vel in retento seruitus acquiratur.h.d.vsq̃ in fi.l.et lz glo.velit q̃ iste tex.ponat differentiam inter seruitutes rusticas et vrbanas re vera non consistit in hoc differentia sz solum in hoc an prediũ medium impediat vtilitatẽ peruenire de vno predio ad aliud predium qđ cõtingit duobus cõcurrẽtibus q̃ prediũ mediũ sit cuiusdã tertij et q̃ ad vsum seruitutis aliquid sit in eo fiendum vel exercendum qđ fieri nõ potest inuito dño et tunc impedit seruitutẽ cõstitui.Aut nihil erat fiendum vel si erat prediũ tamen eiusdẽ domini predij dominãtis:et tunc qr potest in illo predio facere quicquid vult non impedit seruitutẽ constitui:qr non impedit vtilitatem peruenire.et ita de hoc arti.vide plene per Bar.in.l. si prius.§.fi.ff.de aqua plu.arcẽ.an predium medium impediat

2 seruitutẽ. ¶ †Et no.hic in fi.cum glos.q̃ si vendidi tibi prediũ meum ad qđ non poterat transiri nisi per aliud mediũ prediũ non videtur actũ vt illud debeat tibi seruitutẽ nisi illud fuerit dictũ expresse ad qđ.ff.de contrahen.emp.l.in vendendo.secus si legauit qr fauorabilior est vltima voluntas.qđ dic vt plene ꝑ Bar.in.l.j.ff.de serui.lega.

2 ☞ Quando quis vendidit hereditatem censetur actum inter partes vt emptor in oĩbus sustineat vices heredis vt venditor non habeatur pro herede quãtum ad oĩa onera.

Si ei cuius.

1 †Heredi qui vendidit hereditatẽ debet restitui seruitus per

2 aditionem confusam.h.d.et not.fi.istius.l.† q̃ qñ quis vendidit hereditatem censetur actum inter partes vt emptor in oĩbus sustineat vices heredis vt venditor habeatur ꝓ non herede quãtum ad oĩa onera siue debita extraneis siue ipsi heredi sufficit ad hoc.ff.de here.vel ac.ven.l.ij.§.fi.

2 ☞ Dominus fundi seruientis nõ potest aliquid facere iuxta locum seruientem vel in eo propter quod impediri possit accessus: vt hic.

3 Ad concessionem vnius iuris q̃ tacite sequatur concessio alterius iuris sine quo illo vti non posset.

4 Qđ possum facere per me possum facere ꝑ ministros meos ad hoc necessarios.et si resisteres illis videris resistere mihi. Si ex forma statuti licitum est alicui vindictam sumere de eo q ipsum offendit q̃ etiam sit sibi licitum congregare amicos qui ipsum iuuent ad hoc.

5 Si nõ habebam ius faciendi aliqđ in re tua tamen asserens eã esse meã misi magistros qui inciderunt nemus tuũ vel aliquid aliud qđ illi magistri nõ puniantur si erant bonefidei. et actus non erat illicitus.

Refectionis.

1 †Concessa seruitute censetur cõcessus dictus accessus iuxta locum seruientẽ quatenus necessarius est ad refectionem loci tam ei cui concessa est serui-

2 tus q̃ etiam eis ministrãtibus.h.d.tota lex.dicit etiam† q̃ dominus fundi seruientis non potest aliquid facere iuxta locum seruitutem vel in eo ꝓpter qđ impediri possit dictus accessus. ¶ In tex.ibi:quantũ accedere ei sit necesse.sed videt̃ q̃ nõ consideretur necessitas vt possit ire prout sibi placet dũmodo non noceat dño predij fundi seruientis:vt.ff.ti.j.l.quintus.in fi.so. ibi volebat aliquid facere in loco seruiente pro vsu seruitutis hic in loco non seruiente propinquo tamẽ illi vnde non potest nisi qnatenus est sibi necessarium ita q̃ per alium locũ ire non

3 posset. ¶ †In tex.ibi:tacite.hec iura loquuntur si ad cõcessionem vnius iuris tacite sequatur cõcessio alterius sine quo illo vti nõ posset.Sed contra qr si vendo tibi fundum meum non videor cõcedere seruitutem eundi per alium fundum meum lz non nisi per illum iri possit si non est expresse actũ: vt.l.in vendendo.ff.de contrahen.emp.et patet per.l.in tradendis.circa fi. et ibi tetigi.ff.eo.Sol.in illo fundo vbi concedo tibi ius videor etiam aliud cõcedere sine quo illo vti nõ posses:sed si queritur an videar cõcedere in alio loquitur contrarium in quo distin

4 gue no.ꝑ Bar.plene in.l.j.ff.de serui.leg. ¶ †In tex.ibi:fauiq̃ meuij.no.text.qr qđ possum facere ꝑ me possum facere per ministros meos ad hoc necessarios et si resisteres illis videris resistere mihi:vt.ff.de reli.l.ossa.§.fina. et est arg.q̃ si ex forma statuti licitum est alicui vindictam sumere de eo qui ipsum offendit qđ statutum valet ad refrenandum maleficia:qr facit ministerium priuatum reipubli.vt.C.qñ li.sine iu.sevin.l.j.q̃ sibi sit licitum congregare amicos qui ipsum iuuent ad hoc. et q̃ illi non puniantur sicut nec ipse principalis.et ad hoc videtur glo. singu.ff.de vi et vi armata.l.cum fundus.sed glo.in.l.gracchus. C.de adulte.videtur requirere q̃ talis cõgregatio debeat esse talis quibus ille congregans possit precipere vt filijs. In contrarium facit iste text.q̃ quilibet etiam extranei.et hãc partem

5 tenet Jaco.bu.†sed si nõ habebam ius faciendi in re tua tamẽ asserens eam meam misi magistros qui inciderũt nemus tuũ vel aliquid aliud an illi magistri puniantur dic q̃ non si erant bonefidei. et si actus de sui natura non erat illicitus vt incidere nemus de mandato meo in fundo meo.de hoc est glos.ff.de rei ven.l.in rem.§.pe.in gl.magna que incipit:vt.ff.de tigno iniuncto.ante fi.ibi:item an fabi.etc.de quo vide per Barto.in.l.nõ solũ.§.si mandato.ff.de iniur.et qđ no.per glo.in.l.liber homo. in prin.ff.ad le.aquil.

Cum fundus.

1 †Fundus trãsit in emptorem cum seruitute sibi debita et etiam cum edificio quod cedit fundo et similiter edificium cum solo cui coheret.h.d.Et primum dictum procedit in seruitute iuris non in seruitute facti: qr si habebam duos fundos et per vnum transibam ad aliũ:ille primus non seruiebat secũdo de iure:quia res mea non potest alteri rei mee seruire: vt.ff.eo.l.quicquid.sed seruiebat de facto.et ideo si vendo illa seruitus facti non transit in emptorem: vt no.gl.in.l.in tradendis.in fi.ff.eo.super ver.interpellari.qđ dic vt.d.l.j.de ser.le.

2 ☞ Si vendo tibi domum:possum apponere pactũ qđ in illa nõ exerceas aliquam artem si mea interest.

Venditor.

1 †Licet priuatus in mari non possit constituere seruitutẽ potest tamen se et suos heredes obligare vt in aliqua parte maris non liceat sibi piscari vel aliquid aliud facere si interest illius cui obligat se.et nõ potest venire contra suã ꝓmissionẽ.h.d.et idẽ in alia aqua pub.et eodẽ modo potest se obligare ad nõ impediendum aliũ priuatũ in publico facere:et nõ potest venire cõtra suã promissionẽ rõne sui interesse.

2 lz respu.possit:vt.ff.eo.l.ij.et qđ ibi dixi.et est arg.fm Bart.† q̃ si vendo tibi domũ possum apponere pactũ q̃ in illa nõ exerceas aliquã artẽ si mea interest vt dixi.ff.de pact.l.fi.al's secus: vt.ff.de serui.l.quot.la.j.

2 ☞ Princeps potest alicui priuato rem suam auferre ex causa publi.vtilitatis soluto tamen pretio vel aliquo nomine predij.ita et statutum sic etiam consuetudo:etiam sine causa publi. vtilitatis.

3 Licet cõsuetudo sit vt quilibet possit de tua lapidicina sumere lapides:sicut interpretatur sine dãno tuo quantum ad pretiũ. ita et quantũ ad hoc vt quatenus ex illis lapidibꝰ tibi necessarium est non auferatur.

Si constat.

1 †Res nostra sine facto nostro a nobis auferri nõ potest iure publico vel priuato nisi cõsuetudo aliter se habeat et tũc debemus indẽnes

2 conseruari saltem in solutione pretij.h.d.†sicut ergo princeps potest alicui priuato rem suã auferre ex cau.pub.vtilitatis soluto tñ pretio vel aliquo noĩe ptij : vt.l.itẽ si verberatũ.ff.de rei ven.iuncto eo qđ no.gl.in.l.fi.de na.resti.ita et cõsuetudine vel statutũ ciuitatis per hũc.§.nõ tñ videtur in cõsuetudine considerãda alia causa pub.vtilitatis sed sola cõsuetudo vt hic: lz in cõtrariũ faciat.l.toties.ff.de polli.cum ibi nota.sed potest dici q̃ fortior sit ꝯsuetudo q̃ statutum ꝓpter qđ sine iusta causa nõ potest hoc fieri vt ibi no.et adde.l.annonam.cum ibi not.

3 ad.l.iij.de anno. ¶ †In tex.ibi:ita tamē.no.ꝙ lꝫ sit cōsuetudo vt quilibet possit de tua lapidicina sumere lapides sicut interpretatur sine damno tuo quantum ad pretium ita ⁊ quantum ad hoc vt quatenus ex illis lapidibus tibi necessarium est non auferatꝛ:qꝛ in hoc debes preferri cuilibet alteri. ¶ Sed oppo. ꝙ imo te inuito quilibet possit lapides fodere: vt.C.de metal. l.si quos.lib.xj.So.ibi loquitur in venis saxorum que sunt in ꝓfundo fundi seu predij ⁊ in paucis locis reperiunꝛ:vnde licet cuilibet propter publicam vtilitatem subtus fundum alterius priuati infodere ⁊ venas aperire: qꝛ hoc non nocet dño fundi superioris cum non tangatꝛ de supficie. secus si noceret qꝛ faceret eam labefactari: vt est tex.illius.§.hic loquitur in lapidicinis que sunt in superficie fundi: vñ noceret domino fundi ꝙ alius inde lapides sumeret cum sint sui.et de hoc maxima fuit questio in pergamo vbi sunt vene contrarie in profundo montis ⁊ in superficie sunt fundi priuatorum vbi allegabatꝛ ille tex. cum glo.pro vna parte.⁊ iste.§.pro altera.

2 ☞ Non est licitum ire de nocte per ciuitatem nec per domos alienas.

1 **Iter nihil.** †Seruitus itineris potest restringi vt liceat ire de die tantum maxime in vrbanis predijs.h.d. ¶ †Et no.tex.
2 cum glo.ꝙ nō est licitum ire de nocte per ciuitatem nec per domos alienas.

1 **Qui per certum.** †Qui concessit seruitutem vni potest per eundē locū concedere alteri si per hoc nō fit priori p̄iudiciū.h.d.al's secus vt.s.titu.j.l.per quē.

Potest etiā in testamēto.

1 ¶ †Potest quis damnare heredem suum vt imponat seruitutē rei hereditarie vel proprie ipsius heredis.h.d.In primo tamē casu statim adita hereditate acquisita est seruitus legatario.l.si partem.§.fin.j.quēadmo.serui.amit. In secūdo non nisi constituatur:vt no.in.l.papi.s.de ser.⁊ valet legatum etiam si testator putabat illam rem esse suam cum esset heredis:vt.l.vnum ex familia.§.si rem.de lega.ij.sꝫ si esset cuiusdam extranei distingueretur an legatarius esset coniuncta persona vel non sicut quando legaret rem ratione dominij vt.l.cum alienam.C.de leg.

2 ☞ Interdictum de precario nō datur mihi ꝓ eo qd̄ est apud me sed pro eo qd̄ est apud alium.

3 Si aliquid fecisti in meo et per me possesso.quod mihi noceat possum illud propria autoritate remouere: ⁊ quid si de voluntate mea fecisti.

4 Si simpl'r cōcessi tibi:vt aliquid poneres vel edificares in meo an videar concessisse precario.i.ad beneplacitum meū: an aīo donandi ⁊ cōstituendi seruitutem.

5 Pro eo qd̄ facere possum propria autoritate: ius nō prouidet mihi de actione tamē de honestate possum ⁊ debeo adire iudicem vt mihi concedat licentiam.

6 Differentia inter murum ⁊ parietem ⁊ ꝙ murus ita cedat solo sicut paries.

1 **Si precario.** †Pro eo qd̄ in meo ⁊ ꝑ me possesso posuisti p̄cario.i. de voluntate mea non habebo interdictū de precario vt illud remoueas cum ꝓpria autoritate possim remouere nec tu habes cōfessoriam contra me vt liceat tibi tenere iure seruitutis:quia nō videor seruitutē cōstituisse postꝙ̄ precario concessi.i.vt teneres ad beneplacitum meum.hoc primo.sed pro eo quod posuisti in tuo qd̄ mihi seruit bene habeo interdictum de precario vt illud remoueas cum precario hoc concessi.secus si animo remittendi seruitutem: qꝛ tunc res tua efficitur libera ⁊ ego interdictum nō habeo.hoc dicit text.cum gloss.⁊ est pulchra.l.⁊ diuide in duas partes principales vt in summario.Secūda ibi ceterum.et quelibet pars cōtinet duos casus ⁊ duo dicta que patent per se. glo.tamen reducit ad tres
2 partes principales. ¶ †Nota ꝙ interdictum de precario non datur mihi pro eo qd̄ est apud me sed pro eo qd̄ est apud aliū.
3 ¶ †Item no.tex.cum glos.ij.super verbo nō potest.ꝙ si aliqd fecisti in meo ⁊ per me possesso quod mihi noceat possum illud propria autoritate remouere hoc est verum sine dubio quādo sine voluntate mea: vt.l.quēadmodum.§.j.j.ad le.aquil.et.l.si vitem.§.qui ianuam.j.quod vi aut clam.⁊ tunc possum tollere etiam te irrequisito sicut posuisti me irrequisito.argu.in.l.minor.in princi.cum ibi not.in gloss.j.de euict.idem vt possim remouere quādo posuisti de voluntate mea precario cōcedentis ad beneplacitum meum: vt in hoc tex.cum glos.tūc tamē puto ꝙ debeā prius te requirere vt inde remoueas: al's teneor tibi ad interesse.⁊ hoc per tex.j.de peri.⁊ cōmo.rei vendi.l.j.§.licet
4 autem.ver.effunde. ¶ †Sed queritur quid si simpliciter concessi vt aliquid poneres vel edificares in meo: an videar concessisse precario.i.ad beneplacitum meum:an animo donandi ⁊ constituendi seruitutem.Glo.hic super verbo precario.videtꝛ tenere hanc secundam partem: sed illa loquitur quando concessi tibi vt aliquid faceres in tuo in quo habebam seruitutem. nam tunc odio seruitutis ⁊ fauore libertatis recuperande videor concedere animo seruitutis remittende. nos loquimur quando in meo.quo casu dicit Angel.se putare ꝙ potius precario ꝙ̄ animo donandi per.l.cum de indebito.j.de probatio. Nec obstat ꝙ quando cessat alia causa presumitur animo donandi:vt no.in.l.ij.§.circa.j.de doli excep.quia illud est verum ꝑm eum quando aliquis promittit aliquid dare vel facere alteri vel dat aut facit.hic autem permittit fieri in suo ⁊ si presumeretur animus donandi presumeremus in partem odiosam ꝙ videtur seruitus concessa. mihi videtur distinguendum: aut permisi te facere tale quid qd̄ de sui natura non est perpetuum sed est temporale: puta ꝙ posses ibi congregare arenam vel calcem vel tigna vel lapides occupantes locum.et tunc locum habeat dictum Angel.⁊ sic potero te compellere ad remouendum quādocunqꝫ mihi placebit.Aut concedo tale quid quod de sui natura non fit ad tempus sed vt perpetuo sic: puta parietem facere vel immittere tignum vel facere foramen quo tectum sustentetur: ⁊ tunc habet locum secunda pars vt videar concedere animo donandi seruitutem: alias sequeretur damnum alterius partis cui fit concessio si post sumptus factos cogi posset destruere.⁊ sic concessio debet intelligi ꝑm subiectam materiam: vt.l.si vno.in princi.j.locati. et hec est ipsa veritas.
5 ¶ †Item no.tertio in princi.l.coniuncta.gloss.ꝙ pro eo qd̄ facere possum propria autoritate ius nō prouidet mihi de actione.de honestate tamen possum ⁊ debeo iudicem adire vt mihi concedat licentiam licet ⁊ sine eo possim: vt.l.iij.C.de pigno.et
6 l.j.§.necessario.j.si mulier ven.nomine. ¶ †Item no.tex.dum dicit cum edificio soli conditionem secutum ⁊c.et supra appellauit hoc edificium materiam.⁊ glo.exponit ꝙ materia est murus de lapidibus sine cemento ꝙ talis murus qui ducitur ad siccum ꝑm vulgare appellatur edificium ⁊ quod ita cedit solo sicut paries qui fit cum calce.contrarium videbatur tamen qꝛ non habet fundamentum sub terra.⁊ ideo est bene notandum ad declarationem legum.de hac materia loquentiū nec recolo alibi hoc vidisse.

2 ☞ In fictione de vno tempore ad aliud requiritur habilitas duorū extremorū:scꝫ temporis a quo ⁊ ad quod.

3 Fictio non habet locum vbi non potest esse veritas.

4 Si facta est electio prelati contempto.i.non citato aliquo ex canonicis potest talis nō citatus petere talem electionem irritari:⁊ ꝙ valeat cōfirmatio electionis facta per istum mortuis primis eligentibus.

5 Ultima voluntas postꝙ̄ cessit dies non potest stare in pēdenti ⁊ quid anteꝙ̄ dies cessit.

